
impensa, industria. v. s. *studium, industria, opera.*

redactus ad industriam. Ingenia Plebis Lanetio Opere Duplicato Ad Industriam Redacta . . (V. 191)

INDVSTRIE. *Industriosamente. Con gran diligenza.*

Quod In Honore II. Viratus Industria Administrato Omnibus Plebis Desideriis Satisfecit (II. 61)

Senatori Maximo Omnibusque Honoribus Sancte Atque Industrie Perfuncto (III. 317. a)

INDVSTRIENSIS. E. *Industriese. D' Industria.*

Collegium Pastophororum Industriensium Patrono Ob Merita (II. 230)

INDVSTRIVS. A. VM. *Industrioso. Ingegnoso. Destro.*

Monumentum Ioan. Augustini Aurel. F. Palezzi . . Quem . . Patria Reducem In Animorum Cultura Novam Industriamque Mirata Est (V. 118)

Cineri Et Memoriae Antonii Stephani F. Mussitelli . . Quem Et Domesticorum Cura Ac Diligentia Vtilem Industrium Fecit (III. 365)

INEO. IS. *Prendere. Intraprendere. Assumere.*

consilium. Karolus Aug. Avenionem Profectus Consilia De Italia Pacanda Cum Vrbano (V.) Iniit (III. 201)

foedus. Clemens VII. . . Foedus Belli Causa Inire Noluit (III. 214)

rationem. Vti . . C. Pansa A. Hirtius Cos. Alter Ambove . . Inirent . . Rationem De Commodis Militum Veteranorum Augendis (II. 137)

societatem. Athanasius Iunior Pontifex Neapolit. Quod Societatem Cum Saracenis Iniisset Eamque Dirimere Iussus Non Pareret A Sacris Communibus Ioannis (VIII.) Sententia Exclusus Est (III. 162)

viam. Is (Legatus) Concilio Vocato Increpitus Et Viam Eandem Inire Iussus Est (III. 150)

* *Vrbem.* Matronae . . Per Manus Succedentes Deinceps Aliae Aliis . . Precantibus Vt Volens Propitiaque Vrbem Romam Iniret In Aedem Victoriae . . Pertulere Deam . . (II. 95)

* *Consulatum.* Cum . . Mense Sextili Et Primum Consulatum Inierit Et Triumphos Tres In Vrbem Intulerit . . Placere Senatui Vt Hic Mensis Augustus Appelletur (II. 167)

Magistratum. D. E. R. I. C. Vti L. Paullus C. Marcellus Cos. Cum Magistratum Inissent . . (II. 166)

Regnum. Ser. Tullius Rex Sextus Primus Populi Iniussu Et Patrum Auctoritate Regnum Iniit (I. 204. a)

* *peto, ineo, gero.* Placere Huic Ordini Vti . . Ipsis . . Summam Magistrat. Petere Et Per Alios Etiam Inire Gerere Liceat (III. 288)

et subduco. Et Fuit In Prompto Numerum Exsequi Subtiliter

Inire Et Notis Rationes Et Subducere (III. 335. b)

INF. (Inferat)

Inf. Aer. P. R. (Inferat Aerario Populi Romani) (III. 149)

INFAMIS. E. *Infame.*

Si Vel Durius Habitus Quam Aequum Est Vel Infami Iniuria Affectus Cognoveris Venire Iube . . (II. 176)

INFANDVS. A. VM. *Infando. Inesprimibile.*

Quod In Sceleratissimi Servi Publici Infando Latrocinio Defixa Monumentis Ordinis Decurionum Nomine Nomine Suo Eruit Ac Vindicavit . . (I. 61)

Victori Monumenta Duci Quem Rapit Apertus

Pone Alpes Domitum Et Pro Tumulo Aeneiam

Et Trebiam Super Et Trasymenum Infandaque Cannas

Busta Adde Aggestis Romulidum Exuviis (III. 346)

INFANS. TIS. *Infante. Bambino. Bambina.*

adiect. puer. Pomis Infantibus Gervasio Et Ioanni Et Stephano Marcellis (Ext.)

* *Deus.* Pictarata Duo Lintea Effigie Praestantia Iesu Servatoris Exanimi Et Mariae Virginis Deum Infantem Dextra Gestantis (III. 257. a)

* *Virgo Infantis Dei.* Virginibus Infantis Dei Quae Sub Esquiliis Sunt (V. 245) *Le Convittrici del Bambino Gesù.*

* *conservator generis humani.* Infanti Deo Conservatori Generis Humani (III. 3)

servator. Infanti Deo Servatori Nostro Et Ioanni Baptistae Praecursori . . (V. 2)

* *adoratus.* Quo Die Collegium Alumnorum Christiano Nomini Propagando Sacra Sollemnia Incolat Infanti Deo A Tribus Sapientibus Adorato (V. 189. a) *Il Collegio di Propaganda Fide.*

gestans Infantem. v. s. *Deus.*

impositum nomen Infanti. Sollemnia . . D. N. Mariae Infanti Nomine Imposito (V. 48) *La Festa del Nome di Maria.*

languens. Salsia Mater Infantem Puerum Serpente Vicere Languentem Ante Sepulcrum Agnes Mart. Supplex Recepit Incolumem (III. 6)

necatus. Pomis Infantibus Ab Herode Necatis (III. 54) *La Festa de' SS. Innocenti.*

recipere infantem incolumem. v. s. *languens.*

subst. tumulus infantis. Tumuli Infantium Trivultiorum (III. 391)

* *et alumnus.* Infanti Dulcissimo Et Alumno Karissimo Delicio Suo . . (II. 32)

* *benignissimus.* Infanti Benign. Plura De Se Merenti (II. 67) *Quidam . . iis appellationibus usi, quae ad defunctorum puerilitam referendae essent, ut in Tribuni militum epitaphio longaevus nutritor qui illum Infantem etiamtum vocat (Don. Cl. 6. n. 58.) . . rectius sane Alumno scripsisset, quo nomine ii quoque apte appellantur, qui jam adoleverunt (ibid. 86. †)*

dulcissimus. v. s. *et alumnus.*

festiva, dulcis. Infans Festiva Dulcis (V. 178)

innocentissima. Infanti Innocentissimae (III. 35)

mellitissimus, ac dulcissimus. Infanti Mellitissimo Ac Dulcissimo (II. 52)

scitulus, formosulus, blande adridens. Philippo Infanti Scitulo Formosulo Blande Adridenti (III. 120)

INFANTIA. AE. *Infanzia.*

Matri Ab Infantia Praereptae (V. 160)
Pueris.. Compluribus Arte Nova Vitam Ab Infantia Propagavit (V. 125)
INFANTVLA. AE. *Bambinella. Fanciullina.*
Memoriae Suavissimae Margaritae Haer. F. Rossine.. Matris Infantulae Superstitis (IIII. 385)
INFAVST. (Infaustus)
Aelia Successa Mater Infaust. Fil. Opt. Pient. Ob Merita Eius Fecit (I. 182)
INFAVSTVS. A. VM. *Infausto.*
aevum. Quieti Et Memoriae Ioannis Ant. F. Castorl.. Cuius Virtus Aevo Infausto Invicta Constans Mores Suavissimi Ingenium Excellens Fuit Doctrina Poci (V. 245)
arma. Pro Pila Manibus Tribunorum Centurionum Militum Quos Infaustis Armis Procul A Patria Pugnantes Vis Decennalis Belli Absumpsit Immeritos (V. 282)
exitus. Exercitu A Leone (VIIII.) Adversus Normannos Comparato Pugna In Apulia Commissa Infausto Exitu (IIII. 172)
expeditio. Requieti Et Memoriae Iosephi Alois. F. Teral.. Post Infaustam Gallorum Expeditionem Coniugio Splendidissimo Aucti (IIII. 367)
perturbatio. Pius VII. Pontifex Maximus Ne Vetus Antennium Nusquam Esset Quod.. A Clemente XIIII. Pont. Max. Restitutum Infausta Temporum Novissimorum Perturbatione Perierat.. Aedem Marianam.. Adtribui Iussit (V. 226)
INFECTVS. A. VM. *Non fatto. Non eseguito. Non compiuto. Non lavorato.*
argentum. Ad Haec Auri Pondo CCLV. Argenti Infecti Factique In Gallicis Vasis Non Infabre Suo More Factis Dua Millia CCCXL. Pondo Bigatorum Nummorum CCXXXIV. (III. 127)
opus. Pater Familias Vbi Cognovit Quomodo Fundus Cultus Siet Operaque Quae Facta Infectaque Sient Postridie Eius Diei Vilicum Vocet (III. 50)
* *et factus.* v. s. *argentum.*
factus, et infectus. v. s. *opus.*
¶ *legatio.* Is (Legatus Federici Aug.) Verulis A Pontif. Maximo Admissus Infecta Legatione In Germaniam Rediit (IIII. 166)
pax. Stephanus (III.).. Ticinum Profectus Pace Infecta In Gallias Perrexit (IIII. 162)
res. Innocentius (II.) Quum Re Infecta In Tutum Praesidium Migraret A Normannis Captus Est (IIII. 183)
INFELIC. (Infelicissimus)
Acell. Septimille Filio Infelic. (II. 110)
INFELICISS. (Infelicissimus)
Peregra Rapta Parentibus Infelieiss. Annorum X. (IIII. 335)
INFELICISSIMVS. A. VM. *Infelicissimo.*
filius. Filis Miserrimi Filii Infelicissimi (II. 102. †)
mater. Mater Infelicissima Filio De Se B. M. Cum Lacr. P. (I. 180)
parentes. Pecerunt Veturius Zoilus Et Veturia Auge Parentes Infelicissimi (I. 185)
pater. P. Cassius L. F. Sabinus Pater Infelicissimus (I. 178)
* *miserrimus, infelicissimus.* v. s. *filius.*
relictus. Relictis Parentibus Suis Infelicissimis (II. 110. †)
INFELIX. CIS. *Infelice.*
exitus. Iacobus Bonfadius.. Conditor Annalium Genuensium Infelici Exitu (V. 246)
* *mater.* Infelix Mater Posuit Aemilia (II. 105)
patria. Iusta Bene Merenti Infelix Lucto Perdita Persolvit Patria Cum Lacrimis (IIII. 318. b)
* *Fortuna.* Tu Quoque Versa Iocus Vulgo Es Fortuna Tuorum.
Infelix Tandem Es Tu Quoque Passa Vices (III. 225)
Iulio. Iulia Infelix Quae Prior Debui Mori Mater Filiis Pientissimis Bene Merentibus Contra Votum Feci (IIII. 119)
* *carere.* Infelix Aevo Tam Cito Quae Caruit (I. 440)
ducere. Elatum Manicae Romam Dum Funus Subit
Infelix Oculis Triste Caligantibus
Ducebar In Occasum (IIII. 343)
esse. Vilicus.. Segetem Ne Defraudet Nam Id Infelix Est (II. 158)
perire. Infelix Terra Haud Periit Lycus.. (IIII. 336)
INFENSIOR. IVS. *Più adirato. Più nemico. Più dannoso.*
Barbonis Exercitus.. Ob Eam Rem Infensior Irruptionem Fecit (IIII. 215)
INFENSVS. A. VM. *Adirato. Nemico. Dannoso.*
Ignotos Ante Aut Infensos P. R. Reges Signa Romana Adoraturos In Ripam Quam Turbator Perduxit (II. 89)
Carus Bonis Infensus Nemini Studiosissimus Amicorum (V. 96)
INFERENDI. v. INFERO.
In Hoc Monumentum Heredi Meo Ius Inferendi Praeter Me Non Do Cassiae Vxori Meae Do (II. 103)
INFERENDVS. A. VM. v. INFERO.
Huius (Callisti III.) Litteris Christiani Reges Ad Bellum Turcis Inferendum Excitati (IIII. 208)
INFERENS. TIS. v. INFERO.
arma. Nicolaus Laurentii F... Sedatis.. Plebis Discordiis Factionem Arma Inferentem Proelio Fudit (IIII. 200)
bellum. Rex Ferdinandus Bellum Vrbi Inferens Regis Catholici Auctoritate Exercitum Revocavit (IIII. 210)
oppugnationem. Belisarius Vrbem Improviso Adventu Recepit Communivit Gothos Oppugnationem Inferentes Fugavit (IIII. 140)
* *invicem.* Veneti Pisanique Bellum Invicem Infestis Classibus Inferentes Lucii (II.) Auctoritate In Concordiam Rediere (IIII. 183)
INFERIAE. ARVM. *Esequie. Sacrifizj de' morti.*
civium. Christo Auctor Religionis.. Vita Sancte Defunctis.. Assiferam Liberatoris Sui Desiderium Rite Inferiis Civium Placatus Requiete Aeterna Relaxa (V. 280)
domesticorum. Hinc Ad Caelestia Migrantem.. Domesticorum Inferiae Et Omnium Lacrimae Subsequutae Sunt (IIII. 378)
funeris. Accipe Funeris Nostri Lacrimas Et Inferias (IIII. 378)
* *iusta, et inferiae.* Hodie Aviti Proceres.. Iusta Moesti Et Inferias Persolvunt Magno Principi Catholici Nominis Ioan. Philippo Gallaratio Scottis Archiepiscopo Cardinali (IIII. 405)
et lacrimae. v. s. *domesticorum. funeris.*
* *moestae.* . . . . . . Adfuit Ipse
Hus Animus Moestus Frater Ad Inferias (IIII. 331)
* *accipere inferias.* Vos Hodie O Cives.. Accipite Inferias Pontificis Praeclarissimi Karoli Rovelli.. (IIII. 406)
adesse ad inferias. v. s. *moestae.*
dare inferias. Ac Tumulum Struxere Vico Cui Rustica Pubes
Lac Niveum Inferim Flavaque Mella Dedit (III. 216)
persolvere. v. s. *iusta, et inferias.*
placatus inferiis. v. s. *civium.*
INFERIOR. IVS. *Inferiore.*
Domo Mursa Ex Pannonia Inferiore (III. 89)
Legatus Augustorum Pro Praetore Prov. Pannoniae Inferioris (III. 64)
Proc. Provinciarum Belgicae Superioris Germaniae Inferioris Rhetiae Mauretaniae Caesarens. Lusitaniae Ciliciae (II. 293)
INFERIVS. *Di sotto.*
Haec Area Intra Hanc Definitionem Cipporum Clusa Ve-

rubus Et Area Quae Est Inferius Dedicata Est Ex Voto Suscepto (I. 59)

INFERNVS. A. VM. *Infernale.*
Michaeli Principi Caelestium Clarenses Dedicavere Depulsori Hostium Infernorum (V. 38)

INFERO. ERS. *Portare. Recare* ¶ *Seppellire.*
arma. Iulius (II.) Italiae Prospiciens . . Venetis Interminatus Ne Oppida Aemiliae Sibi Vindicarent Arma Inferri Iussit (IIII. 212)
catenas. Eadem (Eudoxia) Catenas Quibus Vinctus Fuerat In Eam (Aedem Petri) Intulit (IIII. 135)
codices, et tabellas. Paullus V. Pont. Max Hic . . Graecos Syriacos Persicos Codices Et Litteratas E Tilia Tabellas Intulit (II. 151. b)
me captum lumine. Exsuvias Visum Musicae Qua Ibat Civitas
Lumine Me Captum Altero Anno Infert Sedula (IIII. 343)
partem dimidiam. Si Quis Locum Suum Legare Volet Filio Vel Fratri Vel Liberto Dumtaxat Vt Inferat Arkae N. Partem Dimidiam Funeratici (I. 321)
pecuniam. Placere . . Duplam Pecuniam Quo Mercatus Eam Rem Esset In Aerarium Inferri (II. 142)
pedem. Qui Sciens Pedem Intulerit Huic Sacrificio Interdictum Esto (II. 36)
reliquias. Reliquiae Ex Auctoritate Georgi Episc. V. R. Florianus Canolius Primas In Templum Intulit (V. 13)
sestertium. Si Adversus Ea Quid Fecerint QQ. Et Curatores S. S. Vti Poenae Nomine Arkae N. Inferant H-S. XX. M. N. (I. 322)
signum. Sanctum . . Signum Quiritibus Praefero Quod Primus Fausto Adventu Petrus In Vrbem Intulit (Extr.)
° *bellum.* Columnia Quod Regi Federico Studerant Impensius Sacris Interdictum Et Bellum Inlatum Est (IIII. 197)
cladem. Tibur Ab Romanis Obsessum Obsessi Cladem Oppugnantibus Intulere (IIII. 183)
triumphos. Cum Imp. Caesar Augustus Mense Sextili Et Primum Consulatum Inierit Et Triumphos Tres In Vrbem Intulerit . . Placere Senatui Vt Hic Mensis Augustus Appelletur (II. 167)
° *dedico.* Quae Dono Data Comparata Emptave In Museum Ad Hanc Diem Inlata Dedicatave Sunt Quaeque Postea Inferentur Dedicabuntur Ea Omnia CollegI Romani Privata Propriaque Iure Mancipi Sunto (II. 161)
interdico sacris, et infero bellum. v. s. *bellum.*
invado in fines, et infero bellum. Otho Aug. Quod In Fines Romanos Vi Cum Exercitu Invaserat Et Bellum Apuliae Adversus Regem Federicum Inferret Innocentii (III.) Sententia A Sacris Remotus Est (IIII. 189)
° *adversus.* v. s. *invado in fines, et infero bellum.*
° *aerario.* Quod Si Quis Admiserit Inferat Aerario P. R. HS. XXX. N. (I. 196)
arkae. Quod Si Quis Post Obitum Meum Vendere Aut Donare Voluerit Inferet Ark. Pont. SS. L. N. (II. 142)
in aerarium. v. s. *pecuniam.*
in bibliothecam. Alexander VIII. Pont. Max. Hic Vtriusque Linguae Codices . . In Bibliothecam Vaticanam Inferri Iussit (IIII. 271)
in museum. v. s. *dedico.*
in templum. v. s. *reliquias.*
primus. v. s. *reliquias.*
in Vrbem. v. s. *signum. triumphos.*
° *rationibus.* Quae Pecunia Emendorum Voluminum Nomine Aut In Tuitionem Data Adtributa Fuerit Eam Pecuniam Inferat Rationibus (IIII. 281. b)
sideribus. Quam Te Sideribus Intulit Dies Festus Hoc Tibi Populus . . Ad Aras Vota Nuncupat (IIII. 308. a)

ultro. Si Qui Sociorum Populi Romani Vltro Bellum Inferrent Antiocho Vim Vi Arcendi Ius Esto (I. 297)
¶ *disciplinas.* Orator Optimus Et Philosophus Praestantissimus Disciplinas Graecorum Latio Intulit (II. 147)
periculum. Si Quis Periculum Ei Salutiq. Eius Inferret Intuleritque Armis Bello Internecino Terra Marique Persequi Nos Decoem (I. 299)
religionem, et sanctitatem. Quod Ignatius Pater . . Religionem Loco Et Sanctitatem Praesentia Intulerit (IIII. 27)
terrorem. Saraceni Tiberi Invecti Terrorem Vrbi Intulere (IIII. 158)
vim. Huius (Benedicti XI.) Sententia Remoti A Sacris Qui Bonifacio (VIII.) Vim Intulerant (IIII. 198)
° *loco.* v. s. *religionem, et sanctitatem.*
praesentia. v. s. *religionem, et sanctitatem.*
saluti. v. s. *periculum.*
° *Vrbis.* v. s. *terrorem.*
¶ *alienum.* Alienum Hoc Inferre Non Licet (V. 185)
externum. Scutat, MM. N. Ea Lege Dedit Ne . . Externum Quemquam In Familiae Monumentum Inferre Liceat (V. 98)
filiam. Se Vivo Intulit Corneliam Proculam Filiam Ann. VII. (II. 112)
° *transfero, infero.* Fecit Vxori Incomparabili In Fundo Emmanuelis Fratris Sui Quo Corpus A Funere Translatum Est Ne Legibus In Commune Sepulcrum Inferretur (V. 164)
° *a funere.* v. s. *transfero, infero.*
hoc pro hoc. Inferri Hoc Non Licet Nisi Quorum Nomina Infra Scripta Sunt . . (III. 192)
huc. v. s. *alienum.*
in locum publicum. Hunc Primum Omnis Ordo Municipum In Locum Publicum Intulit Et Sepeliendum Curavit (II. 95)
in monumentum. In Fam. Monum. Illatus Est (V. 73)
in sepulcrum. v. s. *transfero, infero.*
primum. Primus In Monumentum Illatus Est Petrus Giacchius . . (V. 187)
quo. Honoris Virtutisque Caussa Senatus Consulto Populique Iussu Locus Monumento Quo Ipse Posterique Eius Inferrentur Publice Datus Est (II. 124)
se vivo. v. s. *filiam.*

INFERVS. A. VM. *Inferiore. Di sotto.*
Quod Eius Ductu Auspiciisque Gentes Alpinae Omnes Quae A Mari Supero Ad Inferum Pertinebant Sub Imperium P. R. Redactae Sunt (I. 96)

INFESTVS. A. VM. *Infesto. Dannoso. Infestato.*
aedes. Aedem Curiae Vetustate Corruptam Et Aquarum Torrentium Adluvionibus Infestam . . Sua Impensa Perficiendam Curavit (V. 3)
classis. Infesta Cleonymi Classe Proelio Vno Fugata (III. 191)
examen. Hoc Pontifice (Hadriano III.) Fames In Vrbe Fuit Quod Examina Locustarum Infesta Messibus Agros Insedissent (IIII. 162)
mare. Saraceni Mare Infestum Habuere (IIII. 169)
° *Oriens.* Oriente Omni Persarum Incursationibus Infesto Pax In Italia Fuit (IIII. 143)
° *vetustas.* Iam Fractis Eversum Frustumque Infesta Vetustas Nisi Est Aggeris Condere Rudetibus (Obeliscum) (IIII. 341)
° *corruptus, et infestus.* v. s. *aedes.*
habere infestum. v. s. *mare.*
° *incursationibus.* v. s. *Oriens.*

INFICIOR. ARIS. *Negare.*
Non Ego Me Inficior Parvum . . (II. 227)

INFIMVS. A. VM. *Infimo.*
Vt Infimum Solum Huius Arae Est . . (I. 62)

Censores .. Vectigalia Summis Pretiis Vltrotributa Infimis Locaverunt (II. 132) v. VLTROTRIBVTVM.
In Studiosae Iuventutis Moribus Conformandis In Infima Etiam Plebe Instituenda Regenda Diuturnam Operam Et Vtilem Posuit (II. 154)

INFIRMVS. A VM. *Inferma. Debole.*
Archipresb. Annor. XIII. Omnibus Muneris Sui Curis Officiisque Infirma Etiam Valetudine Adsidue Atque In Exemplum Perfunctus (V. 100)
Vix. Ann. P. M. LXXIIII. Valetudine Infirma Animo Invicto Decess. III. Non. Octobres .. (V. 124)

INFIXVS. A. VM. *Fisso.*
Quamdiu Tui Memoria Nominis Infixa Gratis Insidebit Animis (III. 514)

INFLAMMATVS. A. VM. *Infiammato.*
Inflammatus Libidine Ferebar In Vetitum (III. 408. a)

INFLVO. IS. *Scorrere.*
Vt .. Aqua .. Formis Purgatis Et Restitutis Vberior Ac Pellucidior In Vrbem Influeret .. (V. 254)

INFORMANDVS. A. VM. v. INFORMO.
Collegium Pecuniarum Beizianae Inventuti Informandae .. Restitutum (V. 227)
Huic Collegium Magistror. Doctr. Chr. Trad. Quod Annos XXXXIIII. Pueris Ad Sanctam Synaxin Informandis Operam Sedulam Et Vtilem Navarit Honoris Causa Monumentum Et Titulum Decrevere (V. 171)
Vbi Et Sodales Inter Qui Pueris Christianam Ad Doctrinam Recte Informandis Praesunt Fungar Praefecti Atque Adiutoris Munere (V. 205)

INFORMO. AS. *Formare. Istruire.*
Tui Hoc Muneris Tiburtes Fatentur Esse Et Fateri Gaudent .. Templis Addicta Quod Iuventus Ad Pietatem Informetur Avitam Litterisque Et Artibus Erudita Floreat .. (III. 314)

INFRA. *Sotto. Di sotto.*
Basilicam. Sollemnis Infra Basil. Ob Memoriam Hypogei Dedicati (V. 60)
Fontem. Via Sive Ager Est Infra Fontem Q. Macli Cerdonis .. (II. 42)
* *muro infra.* Lapis Iper Cum Inscriptione .. Muro Infra Inclusus Est (V. 55)
* *esse.* Area Superior Templo Cedit Quae Infra Est Profana (II. 40)
scribere. Qui .. Infra Scripti Sunt VV. CC. Alii Alia Veterum Supellectile .. Instruxerunt Nobilitarunt (Museum) (III. 260. b)

INFRACTVS. A. VM. *Rotto. Spezzato.*
D. N. Maria Opifera .. Aversae .. Luis Indicio Terna Vtraque Manu Tela Ostentans Infracta Videndam Se Praebuit (III. 284)

INFRASCRIPTVS. A. VM. *Infrascritto.*
Dedit Donavitque HS. L. M. N. .. Sub Hac Condicione .. Vt (Velint) Ex Vsuris Eius Summae Diebus Infrascriptis Locum Consequentare .. (I. 321)

INFVLA. AE. *Mitra.*
Quieti Et Memoriae Hieronymi Thom. F. Cereni .. Curionis Agatheani Infulis Exornati (V. 117) *Parroco Mitrato di S. Agata.*
O Infulis Pulcher Sed Virtute Magis (III. 404)

INFVLATVS. A. VM. *Mitrato.*
Honorem Habeto Cineri Et Memoriae Karoli Ioan. F. Appiani Praepositi Infulati Eccles. Nazar. (III. 566)

INFVNDO. IS. *Rovesciare.*
Rex Alboinus Magnum Langobardorum Aliarumque Gentium Exercitum In Italiam Infudit (III. 141)

INFVSVS. A. VM. *Infuso.*
Hic Etiam Apparent Lymphae Nos Ante Repertae Languida Quae Infuso Lumine Rore Levant (I. 448)

INGENIOSISSIMVS. A. VM. *Ingegnosissimo.*
Filio Optimo Ingeniosissimo Cultori Omnium Artium Bonarum (II. 54)

INGEMISCENS. TIS. *Gemente. Dolente.*
Heu Diurno Morbo Tota Ingemiscente Patria Ad Caelestia Raptus .. (III. 367)

INGENITVS. A. VM. *Ingenito. Innato.*
V. F. Tutilium Iulianum Virum Et Vita Et Modestia Et Ingenita Verecundia Ornatum Et Liberalem Oportere Collegi Nostri Patronum Cooptari (I. 319)

INGENIVM. II. *Indole* ¶ *Ingegno* ¶ *Invenzione. Disegno.*
modestia, religio. Heic Corpus Situm Est Ioannis Baptistae Carmioni I. C. .. In Quo Ingenium Fuit Mitissimum Litteraturae Comes Modestia Singularis Religio Omnium Aestimatione Insignis (V. 110)
mores, ingenium. H. S. E. Ioan. Baptista Antonl F. Faccius .. Qui Moribus Integris Ingenio Mitissimo Vixit Annos XXI. Tantum (V. 140)
virtus, et ingenium. Memoriae Et Pietati Clementis Orlandi .. Viri Antiquae Virtutis Et Mansuetissimi Ingenl (III. 110)
* *mitissimum.* Mater Ingenl Mitissimi Et Circa Liberos Diligentissima (V. 166)
* *mitissimae ingenio.* Pia Comis Pudica Ingenio Mitissima (V. 172)
praeditus. Moribus Idem Suavissimis Et Mitissimo Ingenio Praeditus Civium Omnium Benevolentiam Promeruit (V. 136)
¶ *civium.* Gregorio Scip. F. Claramontio .. Cuius Ope Consilioque Ingenia Civium Vigent Litterae Atque Artes In Spem Veteris Gloriae Florescunt (V. 271)
hominum. Primus Bibliothecam Dicando Ingenia Hominum Rem Publicam Fecit (II. 108)
plebis. Ingenia Plebis Lanario Opere Duplicato Ad Industriam Reducta (V. 191)
sapientium. Xysto IIII. Pont. Max. .. Bibliothecam Vaticanam .. Dedicavit Et Ingenia Sapientium Rem Publicam Fecit (II. 151. a) v. FACIO *rem publicam.*
viri. Placere Vt .. Decretum N. Saxo Insculptum Ad Memoriam Posterorum In Publico Prostet Quo Et Summi Viri Ingenium Atque Humanitas Et Civium Consensio Animique Nostri Grata Voluntas Perpetuo Commendetur (V. 258)
* *claritas ingenii.* Inter Poetas Latinos Claritate Ingenii E Magniloquentia Sui Temporis Primus (III. 276)
cultor. Iosephus Vignanus Dominico Patri Suavissimo .. Quem Habui Cum Fratribus Vitae Institutorem Cultorem Ingenii Virtutis Vindicem .. (III. 373)
laus. Disciplinarum Curriculo Romae Inter Alumnos Germanicos Summa Ingenl Laude Confecto (V. 90)
monumentum. Brevi Vsus Aevo Intra Annum Tricesimum Secundum Egregia Ingenii Sui Monumenta Conclusit (V. 242)
terminus. Omnium Triumphorum Laurum Adepto Maiorem Quanto Plus Est Ingenii Romani Terminos In Tantum Promovisse Quam Imperii (II. 194)
vir. Vir Multarum Litterarum Et Ingenl Excellentia (V. 79)
vis. Tirocinio Bononiae Magna Cum Laude Posito Florentiae Vim Ingenl Sui Multis Probavit (V. 147)
* *aetas, ingenium, virtus.* Patruo .. Sanctissimo Clementi XI. Pontificatum Maximum Gerenti (Adfuerat (Alexander Albanus Card.) Si Minus Aetate At Ingenio Certe Atque Virtute Iam Reipublicae Idoneus (II. 229)
animus, ingenium, innocentia. Clarus Magna Vi Animi Ingeniique Et Rigida Innocentia (V. 296)
arma, ingenium, animus. Vir Armis Ingenio Et Animo Maximo (II. 127)

ars, ingenium, scripta. Arte Ingenio Scriptis Omnem Laudem Supergressus (V. 130)

—— *scripta, consilium, benignitas.* Clarus Idem Ingenio Artibus Scriptis Quum Consilio Et Benignitate Amorem Omnium Domi Forisque Meritus Esset Vim Morbi Sensit Invictus (V. 143)

cognitio linguarum, doctrina rerum, magnanimitas, fides. Ingenio Idem Linguarum Cognitione Doctrina Rerum Magnanimitate Fide Summam Adeptus Laudem (V. 77)

comitas, munificentia. Ianoni Baptistae Rezzonico .. Quem Ingenio Comitate Munificentia Summum Fuisse Omnes Consentiunt (V. 74)

consilium, litterae. Insignis Ingenio Consilio Litteris Contemptor Fastus Et Divitiarum (V. 156)

decus formae, ingenium. Iovida Nunc Nostros Habent Mors Licet Cineres
Est Aliud Formae Decus Est Ingenium Mihi
Novum Caeleste (III. 335. b)

et diligentia. Lectissimae Matronarum Matrisque Familias Ingenio Et Diligentia Insignis (V. 167)

doctrina, et ingenium. Quieti Et Memoriae Petr. Angeli Stefani .. Quem .. Doctrinae Atque Ingenii Laus Ad Honores Evexit (V. 102)

—— *consilium.* Fautori Artium Bonarum Qui Praestans Ingenio Doctrina Clarus Idemque Consilio Potens Disciplinas Omnes Fovit Auxit (V. 286. b)

—— *eloquentia, scripta, res gestae.* Quum Esset Ingenio Excellenti Doctrina Et Eloquentia Pari Scriptis Et Rebus Gestis Clarissimus .. Pudorem Non Dimisit Animos Numquam Extulit (III. 275)

—— *modestia, comitas.* Summam Ingenii Et Doctrinae Laudem Modestia Et Comitate Superavit (V. 166)

—— *virtus, beneficentia.* Hieron. Silvio Martinengo V. C. Dignitatem Et Decus Civitatis Ingenio Doctrina Virtute Beneficentia Sustinenti Amplificanti (V. 61)

et eloquentia. Honori Natalis Lameil .. Oratoris Latini Ingenio Et Eloquentia Clarissimi (V. 60)

—— *doctrina.* Ingenio Eloquentia Doctrina Clarus (V. 151)

—— *litterae.* Ingenio Eloquentia Litteris Clarus (III. 264)

eloquium. Ingenio Fuit Excellenti Eloquio Perspicuo Suavi (III. 277)

eruditio, eloquentia. A Pueritia Ipse Ingenio Eruditione Eloquentia Opinionem Hominum Supergressus (III. 399)

excellentia operum. Cineribus Et Memoriae Ioan. Baptistae Piranesi .. Quem Clemens XIII. Pont. Max. Ob Ingenii Laudem Et Operum Excellentiam Equestri Dignitate Exornavit (III. 109)

fides, benignitas, ingenium, doctrina, modestia. Quieti Et Memoriae Dominici Georg. F. Nardini .. In Quo Fides Immobilis Benignitas Perpetua Ingenium Et Doctrina Summa Fuerunt Modestia Pari (V. 82)

forma, pietas. Ingenium Acre Formam Praeclaram Ornabat Pietate Singulari (V. 277)

—— *ingenium, dignitas.* Forma Ingenio Dignitate Aequales Suos Supergressus (V. 161)

—— *virtus.* Forma Egregia Ingenio Singulari Virtutem Semper Rebus Omnibus Antetulit (III. 114)

honor, fama, virtus, gloria, ingenium. Mors Perfecit Tua Vt Essent Omnia Brevia
Honos Fama Virtusque Gloria Atque Ingenium (II. 186)

et humanitas. Placere Vt .. Decretum N. Saxeo Insculptum Ad Memoriam Posterorum In Publico Praestet Quo Et Summi Viri Ingenium Atque Humanitas Et Civium Consensio Animique Nostri Grata Voluntas Perpetuo Commendetur (V. 258)

innocentia, suavitas morum. Iacobo Kar. F. Mensiano .. Quem Ingenium Innocentia Suavitas Morum Ornabant (III. 389)

institutor vitae, cultor ingenii, vindex virtutis. v. s. *cultor.*

integritas vitae, laus ingenii, scientia linguarum, et iuris. Memoriae Et Quieti Francisci Gerardi .. Vitae Integritate Et Ingenii Laude Linguarum Etiam Iurisque Scientia Civium Nostrorum Amorem Meriti (V. 238)

laus ingenii, fama facundiae. Faustus Sabaeus .. Laudem Sibi Ingenii Et Famam Facundiae Promeruit (III. 358)

—— *fama litterarum, copia operum editorum, religio, pietas, humanitas.* Ioanni Andreolo E Soc. Iesu Iterum .. Quem Ingenii Laude Litterarum Fama Editorum Operum Copia Magnum Religio Pietas Humanitas Perpetuo Bonorum Consensu Maiorem Praestitere (V. 155)

—— *innocentia vitae.* Ingenii Laude Et Innocentia Vitae Carus Omnibus (V. 235)

—— *integritas vitae, scientia iuris, fides, abstinentia, modestia.* Philippo Ios. P. Campanellio Cardinali Quem Ab Adolescentia Ingenii Laude Vitaeque Integritate Commendatum Summa Sacri Civilisque Iuris Scientia Immobilis Erga Principem Fides Abstinentia Et Modestia Singularis Patriae Parentem Dedit (V. 57)

—— *scientia litterarum, cognitio doctrinarum.* Eusebio Ant. F. Patrarchae I. C. Quem In Curia Forensibus Ingenii Laude Florentem Litterarum Scientia Et Multarum Doctrinarum Cognitio Clarissimum Fecit Summisque Iudicibus Commendavit (V. 139)

—— *et studia bonarum artium.* Cineribus Et Memoriae Faustini Lechi Comitis .. Ingenii Laude Et Bonarum Artium Studiis Clarissimi (III. 358)

—— *et virtutis.* Pro Acerbo Funere Faustini Al. F. Tadini Com. Ad Omnem Ingenii Et Virtutis Laudem Adolescentis (III. 388)

litterae, et ingenium. Andreae Secco Suardo Leonino V. C. Comiti Litterarum Et Ingenii Laude Ab Ipsa Adolescentia Praestanti (V. 108)

—— *doctrina.* Heic Exuviae Compositae Sunt Herculis Virginii F. Sancini .. Quem Societas Iesu Sibi Mature Adsciverat Vti Multis Ingenio Litteris Doctrina Prodesset (III. 375)

—— *doctrina, modestia, innocentia.* Barptolemaeus Kar. P. Maffeius .. Ingenio Litteris Doctrina Exornatus Modestia Idem Atque Innocentia Summus Et In Animis Ad Virtutem Excolendis Studio Sollertiaque Nulli Secundus (V. 118)

et magniloquentia. v. s. *claritas ingenii.*

memoria, industria. Maria Mater Te Precamur Quarumusque Vti .. Ingenio Quemque Memoria Industria Macte Esse Iubeas (II. 187)

et mores. Laurentillus Heic Dormit Puer Annorum Septem .. Qui Aetatem Ingenio Et Moribus Longe Longe Vicerat (V. 177)

prudentia, consilium, doctrina. Heic Moesta Domus Privatorum Procerum Parentem Optimum Composuit Gaudentium Gottardi F. Iuris Consultum .. Ingenio Prudentia Consilio Doctrina Clarissimum (III. 378)

et religio. Multis Ingenii Et Religionis Suae Monumentis Posteritati Dicatis (V. 94)

et scientia rerum. Cineribus Et Memoriae Iacobi Franc. F. Acerbi .. Quem Ingenium Ad Omnia Versatile Et Rerum Vrbanarum Rusticarumque Scientia Patriae Perutilem Reddiderat (V. 140)

sollertia, eloquentia, religio, comitas, modestia. Quieti Et Memoriae Antonii Alf. F. Brognoli V. C. .. Cuius Ingenium Sollertiam Eloquentiam Quae Summa Fuere Religio Auxit Comitas Et Modestia Ornaverunt (V. 107)

et studium. Franciscus Lana Tertiorum Vir Summus E Soc. Iesu Ingenio Studiisque Clarissimus (V. 241)
—— Cineribus Et Memoriae Faustini Lechi Comitis . . Ingeni Laude Et Bonarum Artium Studiis Clarissimi (V. 189)
—— Puero Suavissimo Pietatis Studio Et Ingeni Laude Florenti (V. 179)
—— Pietatis Studio Ingenii Laude Litterarum Amore Claro (III. 367)
—— *obsequium, et officium.* Ingenio Studiove Quibus Non Vidit Idem
Aut Quibus Obsequio Servus Et Officio (V. 296)
virtus, ingenium, sapientia, facundia. Lugent Coaevi Amissum Lugebunt Et Posteri Thomam Mariam Franc. F. Tetaium . . Virum Virtute Ingenio Sapientia Facundia Magnum (III. 380)
—— *mores, ingenium, doctrina.* Quieti Et Memoriae Ioannis Ant. F. Castell . . Cuius Virtus Aevo Infausto Iniecta Constans Mores Suavissimi Ingenium Excellens Fuit Doctrina Pari (V. 145)
vis animi, et laus ingenii. Quieti Et Memoriae Blasi Gisnolae Viri Eruditissimi Et Vi Animi Ingeniique Laude Praestantis (V. 151)
—— *ingenii, opes doctrinae, robur facundiae.* Quieti Et Memoriae Paulli Collini . . Quem Ingeni Vis Doctrinae Opes Facundiae Robur Insignem Vitiorum Et Sontium Debellatorem Fecere (V. 150)
vita, ingenium, propositum. Vita Innocens Ingenio Florens Proposito Sanctus (III. 115)
* *acre.* Acri Utroque Ingenio Et Ad Grandia Nato (V. 178)
docile, come, aptum ad artes optimas. M. Seius Balbus Hippasino Vernae Meo . . Quem Non Secus Dilexi Ac Filium Propter Ingenium Eius Docile Come Aptum Ad Artes Optimas (III. 118)
excellens. Excellenti Ingenio Florens Studiis Litterisq. Deditus Atque Omni Doctrina Ornatissimus (III. 275)
maximum. v. s. *arma, ingenium, animus.*
novum, caeleste. v. s. *decus formae.*
singulare. v. s. *forma, ingenium, virtus.*
summum. v. s. *fides, benignitas, ingenium, doctrina, modestia.*
suum. v. s. *monumentum.*
tardum. Heu Quae Bonae Fuerit Artes Quae Tarda Solers Acuit Ingenia . . (III. 318. a)
versatile ad omnia. Natus Ad Litteras Excolendas His Maxime Patiens Ingenioque Ad Omnia Versatili Dedidit Sese . . (V. 244)
* *Romanum.* v. s. *terminus.*
* *carus laude ingenii.* v. s. *laus ingenii, innocentia vitae.*
clarissimus ingenio. v. s. *ingenium, et eloquentia.*
—— *laude ingenii.* v. s. *et studium.*
clarus ingenio. v. s. *ars, scripta, consilium, benignitas.*
—— *laude ingenii.* v. s. *studium pietatis, laus ingenii, amor litterarum.*
—— *vi ingenii.* v. s. *animus, ingenium, innocentia.*
idoneus ingenio. v. s. *aetas, ingenium, virtus.*
illustris ingenio, et litteris. Heic Exuviae Adquiescunt Francisci Ioan. Bapt. F. Pagani I. C. . . Viri Ab Adolescentia Ingenio Litterisque Illustris (V. 151)
incitamentum ingeniis. Eo . . Amisso (Alexandro Albano Card.) Maximum Ingeniis Hominum Incitamentum . . Ereptum Esse Constabat (III. 229)
insignis ingenio. v. s. *et diligentia.*
magnus. v. s. *virtus, ingenium, sapientia, facundia.*
praestans. v. s. *doctrina, consilium.*
primus claritate ingenii. v. s. *claritas ingenii.*
secundus nemini ingenio. Ingenio Secundus Nemini (III. 369)

summus. Philosophus Idem Ingenio Summus (V. 246)
utilis. v. s. *studium, obsequium, officium.*
* *acuere ingenium.* v. s. *tardum.*
—— *excitare.* Ingenia Civium Acui Excitavi (Extr.)
adeptus laudem ingenio. v. s. *cognitio linguarum, doctrina rerum, magnanimitas, fides.*
adolescens ad laudem ingenii. v. s. *laus ingenii, et virtutis.*
aequare ingenio. Ut Vas Longum Teneris Aetatem Ab Unguiculis
Et Multa Ingenio Multorum Aequarim Studia (III. 335. a)
alendum. Ingeniis Alendis Bibliothecae Paratae (V. 291)
—— *industria.* Plebi Exercendae Ingeniisq. Industria Alendis Officinam Textilium Serici Et Capruginei Staminis Pecunia Publica Instituendam Curavit (V. 210)
eme ingenio. . . Nec Mirum Doricus Hoc Vir
Ingenio Est Vitae Nus Timet At Patriae (III. 226)
excedere annos. Vixit Annos VIII. Mens. XII. Hor. VI. Cuius Annos Ingenium Excedebat (II. 107)
excultum, et florens. Ingeniis Hominum Ad Regiam Exemplar Excultis Litterisq. Ac Disciplinis Optimis Per Amplissimam Provincias Florentibus (V. 57)
exornatus ingenio. v. s. *litterae, doctrina, modestia, innocentia.*
facere clarissimum. v. s. *laus ingenii, scientia litterarum, cognitio doctrinarum.*
favere ingeniis. Heic Dum Nostra Tuis Exculta Laboribus Aetas
Cresceret Ingeniis Atque Faveret Amor
Id Fuit In Votis . . (V. 297)
—— *rem publicam.* v. s. *Sapientium.*
florens ingenio. Memoriae Et Quieti Vincenti Bolgeni . . Quem Societas Iesu Ab Adolescentia Ingenio Florentem Ad Disciplinarum Maiorum Scientiam Instituit (V. 214)
—— *laude ingenii.* v. s. *et studium.*
florescere ingenio. v. s. *civium.*
habere cultorem ingenii. v. s. *cultor.*
imbuendum artibus. Ad Ingenia Hominum Praeclaris Artibus Imbuenda (III. 260. a)
macte esse ingenio. v. s. *memoria, industria.*
meritus amorem laude ingenii. v. s. *integritas vitae, laus ingenii, scientia linguarum, et iuris.*
mirari vim ingenii. Hospes Quae Spectas Circum Vim Ingeni Miratus Atque Artem Antonius Canova Fecit . . (V. 234)
natum ad grandia. v. s. *acre.*
ornare ingenium. v. s. *innocentia, suavitas morum.*
pollicens praeclara ingenio. Karolo Bono Innocenti Patris Deliciae Quem Praeclara Iam Ingenio Pollicentem Vix Semper Superet Caelestes Rapuere (V. 180)
praestans laude ingenii. v. s. *litterae, et ingenium.*
probare vim ingenii. v. s. *vis ingenii.*
prodesse ingenio. v. s. *litterae, doctrina.*
promerere laudem ingenii. v. s. *laus ingenii, et fama facundiae.*
reductum ad industriam. v. s. *plebis.*
supergressus laudem ingenio. v. s. *ars, ingenium, scripta.*
sustinens, amplificans dignitatem. v. s. *doctrina, virtus, beneficentia.*
vigere. Pio VI. Pontifici Maximo Cuius Liberalitate Ingenia Civium Vigent Bonae Artes In Spem Veteris Gloriae Florescunt (III. 72)
vincere aetatem. v. s. *mores.*
vulgare vim ingenii. A Puerili Institutione In Germaniam Ad Saxones Cum Patre Profectus Vim Ingeni Vulgavit (V. 246)

¶ *fratris.* Villulam In Fundo Avito Familiae Suae .. Ex Karoli Fratris Ingenio Praescriptoq Incohatam .. Absolvit Et Dedicavit (V. 230)

* *et iudicium.* Pius Grisella Canigo Comes Cuius Ad Ingenium Scilicet Atque Intelligens Iudicium Exornata Domus Quae Etrusco Artificio Renidet Quae Sinensi Cultu Splendet .. (V. 238)

et praescriptum. v. s. *fratris.*

* *ad ingenium.* v. s. *et iudicium.*

ex ingenio, praescriptoque. v. s. *fratris.*

* *eductus ad ingenium.* Oeco Gemino Ad Ingenium Suum Educto (V. 231)

INGENS. TIS. *Grande. Smisurato. Immenso.*

animus. Nunc Parvus Tegit Ossa Lapis Ingentem Animum Doctum Pium Habent Sidera (II. 197. b)

caedes. Tumultus Inde Ortus Et Ingens Civium Et Militum Caedes (III. 135)

columna. Ante Templum Colossus Ingens Et Statua Ex Aere Inaurata Eiusdem (Sanctae Virginis) Honori Constituta Est (III. 224)

dominus. Exiguus Quamvis Vrna Nec Divite Pons Est Nil Pudet Ingenti Sat Decus A Domino (V. 296)

inundatio. Ingens Tiberis Inundatio Fuit (III. 223)

moles. Pars Quondam Molis Exiguae Ingentis In Campo Stabam (Extr.)

opus. Ad Ingentis Operis Molitionem Invicto Animo Aggressus (V. 14)

nosocomium. Domum Pontificalem In Laterano Area Laxata Produxit Nosocomium Ingens Adiecit (III. 191)

pecunia. Ingenti Pecunia Partim In Subsidium Egenorum Legata Partim In ValetudinariI Puldici Solatium Et In Templi Maximi Brixianae Vrbis Augmentum Adiuncta (V. 152)

populus. Proles Novella Ecclesiae Matris In Spem Ingentium Populorum (V. 189)

praelium. Benedictus (VIIII.) Comparata Classe Saracenos Ad Portum Lunensem Ingenti Proelio Delevit (III. 169)

quodque. Quam V. E. Thomas Antonius Anticus .. Ingentia Quaeque Mente Complexus Omnes Officii Partes Expleverit .. Placere .. (V. 252)

saxum. Pius VI. Pont. Max. Molem Traianam Irruentibus Ab Austro Fluctibus Oppositam .. Ingentium Scopuli Instar Saxorum Iacta Protectam .. Ab Interitu Vindicabat (V. 206)

studium. Memoriae Immortali PiI VII. Pontificis Maximi .. Faustinus Narcisius Archipr. Parentem Publicum Ingenti Studio Veneratus Effigiem Eius Iconicam Sacravit Testem Religionis Obsequiique Sui (V. 66)

tractus. Ingentes Agrorum Tractus Culturae Redditi (V. 243)

victoria. Ingens Victoria A Christianis Relata (III. 219)

vis pecuniae. Sacro Cineri Et Piae Memoriae Francisci CanepaI Presbyteri Cuius Mira Liberalitate .. Ingens Pecuniae Vis Ad Templi Maximi Exaedificationem Oblata .. (III. 371)

INGENVA. AE. *Ingenua.*

C. Albinus C. F. Ouf. Mercellio .. Nomine Suo Et Iuliae Ingenuae Vxoris (II. 306)

INGENVVS. A. VM. *Ingenuo. Onesto.*

Torum Iam Prisca Fides Torum Ingenuus Pudor Et Neglecta Redit Virtus (III. 315. b)

INGENVVS. I. *Ingenuo.*

Vti .. Et (Feceniae Hispalae) Ingenuo Nubere Liceret (III. 143)

—— *cogn. Ingenuo.*

C. Iulio Ingenuo (II. 87)

INGLORIVS. A. VM. *Senza gloria. Senza onore.*

Ne Diutius Titulo Careret Inglorius Qui Et Alienis Monumenta Vivens Fecerat (V. 72)

INGRATVS. A. VM. *Ingrato* ¶ *Disaggradevole.*

Ingrata Patria Ne Ossa Quidem Mea Habes (II. 2. †)

¶ Te .. Ibi Modico Hospitio Dominus Accipiet Nec Ingrato Tamen Si Frugi Es (III. 52)

Neocori .. Templi Superioris Maiestate Ingratis Avorum Molitionibus Deformata Basilicam Augustam Potiore Consilio Ad Priscam Dignitatem Revocaverunt (V. 225)

INGRAVESCENS. TIS. v. INGRAVESCO.

Senio Iam Ingravescente (III. 370)

INGRAVESCO. IS. *Divenir più grave. Rincarare.*

Quum Annona In Dies Ingravescat Eamque Negotiatores Frumentarii Quo Carius Vendant Comprimere Arguantur .. Senatui Placere Vti .. (III. 54)

INGREDIOR. ERIS. *Entrare.*

faustitas. Ea Beata Pace Faustitas Ingreditur Et Pleno It Comes Copia Cornu (III. 313. b)

* *Romam.* Innocentius (IIII.) Controversiis Inter Spoletinos Et Interamnates Diremptis Romam Ingressus Est (III. 192)

Vrbem. Rex Karolus E Galliis In Italiam Quum Venisset Condicionibus Ab Alexandro Dictis Vrbem Ingressus Est (III. 211)

* *ovans.* M. Fulvius Nobilior Ex Vlteriore Hispania Ovans Vrbem Est Ingressus (III. 127)

propitius. Constantinus Aug. .. Vrbem Christiano Numini Propitius Ingressus Est (III. 131)

* *laetitia summa omnium Ordinum.* Quo Die Pius VI. Pont. Max. Pareosque Publicus Germanicae Profectionis Causas Vtimam Summa Omnium Ordinum Laetitia Ingressus Esset .. Placuit Vniversis .. (III. 299)

pompa triumphali. Iulius (II.) .. Bononiam Triumphali Pompa Ingressus Est (III. 212)

populo obviam effuso. Is (Nicolaus V.) Vrbem Effuso Obviam Populo Romano Ingressus Est (III. 172)

* *Christianis obviam progressis.* Paullus Apost. Ex Iudaea Vinctus Christianis Obviam Progressis Vrbem Ingressus Est (III. 126)

INGRESSVS. A. VM. *Che è entrato. Che ha intrapreso.*

Domum. Domum Hanc Laetitia Gestientem Sua Sponte (Pius VI.) Ingressus .. (III. 67)

Romam. Rex Federicus Dictis Ab Honorio Conditionibus Romam Ingressus .. (III. 190)

Sinum Argolicum. Reip. Classe Sinum Messenium Et Laconicum Praetervecta Argolicum Ingressa .. (II. 193. a)

Vrbem. Theodosius Aug. Cum Honorio Caesare Vrbem Ingressus .. (III. 133)

* *et deductus.* Lotharius Ludovici Aug. F. In Vrbem Sollemni Pompa Ingressus Et In Templum Vaticanum Deductus .. (III. 157)

* *cum exercitu.* Rex Karolus IIII. Romam Cum Exercitu Ingressus .. (III. 291)

in fines Romanos. Rex Desiderius In Fines Romanos Cum Exercitu Ingressus .. (III. 153)

in Vrbem. Idem (Leo III.) Postridie Regem (Karolum) Sollemni Pompa In Vrbem Ingressum Pro Gradibus Templi Vaticani Accepit (III. 155)

pompa sollemni. v. s. *et deductus.*

¶ *iter Germanicum.* D. N. Pius VI. Pont. Max. Germanicum Iter Ingressus .. (V. 195)

—— *Vindobonam.* Vindobonam Ad Caes. Aug. (Pius VI.) Iter Ingressus .. (III. 63)

INGRVENS. TIS. v. INGRVO.

bellum. Gothico Bello Ingruente (III. 134)

caritas. Quum Aloisius Valentius Gonzaga Card. .. Annonam Caritate Ingruente In Provinciae Subsidium Temperaverit .. Placere Huic Ordini Vt .. (V. 247)

difficultas temporum. Non Ingruentibus Temporum Difficultatibus Fractus (III. 407)

fames. Quum . . Idem (Ioannes Crassus V. C.) Anno Superiore . . Provinciam . . Vniversam Famis Ingruentis Periculo Liberarit Placere Huic Ordini Vt . . (V. 253)

metus pestilentiae. Concilium Magnum Paulli (III.) Iussu Tridenti Ob Ingruentem Pestilentiae Metum Bononiam Translatum Augusta Non Probante (III. 217)

mors. Respice Sancte Michael Iam Graves Annis Iam Canos Morte Ingruente Senes (III. 411)

periculum. Vnus Ille (Pius VI.) Impendentes Calamitates Multo Ante Providit Vnus Ingruentia Pericula Demonstravit (V. 245)

pestilentia. Concilium Magnum A Martino (V.) Ticinum Indictum Pestilentia Ingruente Senas Vocatum Est (III. 206)

pestilitas. Voto Suscepto Ob Ingruentem Pestilitatem (III. 1)

procella. Propter Incursionem Ingruentium Procellarum (I. 225. †) v. ABSVMPTVS.

terror belli. Eutychius Exarchus Ravennatium Terrore Belli Ingruente Zachariae Auxilium Et Fidem Invocavit (III. 151)

INGRVO. IS. *Sovrastare. Sopravvenire. Essere imminente.*
Hostiles Ingruent Si Copiae Aerumnum Me Clades Edocet Quid Tua (Michael) Possit Dextera (III. 410. b)

INHIANS. TIS. *Anelante. Ingordo. Avido.*
Attila Dux Hunnorum Vrbi Inhians Leonis (Magni) Occursu Et Adloquiis Deterritus Victorem Exercitum Trans Alpes Reduxit (III. 135)

INHOSPITVS. A. VM. *Inospitale. Inabitabile.*
O Terrae Simul Aequorisque Domine . . Si Quid Minetur Eurus Vt Deserta Montium Annosasque Inhospitas Placantur Silvas Cantibus (III. 307)

INIECTVS. A. VM. *Gettato. Messo.*
Qui Tum Sacrum Faciebant Religione Iniecta Aufugere (III. 229)
Pius VI. Braschius Pontifex Maximus . . Iniectis . . In Fundamenta Stipibus Aeris Argenti Auri Lapidem Sacrum Auspicalem Tectorum Operum Statuit (III. 25)

INIICIO. IS. *Gettare. Mettere.*
Tu Patrum Revocatis Actibus Evagantî Licentiae Victor Inicies Frena (III. 313. b)
Fuit Et Animo Magno Et Corpore Imperatoriaque Forma Vt Ipso Aspectu Cuivis Iniiceret Admirationem Sui (II. 127)
Et Revoca Diro Federicum A Limine Mortis
Cui Iam Iam Saevas Iniicit Illa Manus (II. 229)

INIMICITIA. AE. *Inimicizia.*
M. Porcius M. F. Cato . . Multis Inimicitiis Rei Publicae Caussa Susceptis Vsque Ad Extremam Senectutem Laude Crevit (III. 266)

INIMICVS. I. *Nemico.*
Prudentiae Fidei Integritatis Laudem Singulari Erga Inimicos Beneficentia Cumulavit (V. 155)
Ex Mei Animi Sententia Vt Ego Iis Inimicus Ero Quos C. Caesari Germanico Inimicos Esse Cognovero . . Bello Internecino Terra Marique Persequi Non Desinam (I. 299)
Dii Divaeque Qui Maria Terrasque Colitis Vos Precor Quaesoque . . Inimicorum Hostiumque Vlciscendorum Copiam Faxitis (I. 334)

INIPHEVS. I. *Infeo.*
T. Flavio Iniphea (I. 255)

INIQVVS. A. VM. *Iniquo. Ingiusto. Gravoso.*
Pax Monasterii In Germania Constituta Conditionibus Catholico Nomini Iniquis (III. 227)
¶ Aediles Mensuras Et Pondera Iniqua Tolli Iusserunt (I. 315 †)
Inde Tamen Magnus Sortem Miseratus Iniquam
Me Pius Ad Pinci Sustulit Alta Iugi (*Obeliscum Sallustianum*) (V. 294)

INITIALIS. IS. *Novizio.* v. HONORATVS.
Initiales Collegi Silvani Aureliani (II. 204. †)
Initialis Philippensis (III. 70. †) v. A CRVCE.

INITIO. AS. *Consecrare. Ordinare.*
virum. Sollemnibus Caeremoniis Virum Pientissimum Sacerdotio Initiavit (III. 354)
* *do, et initio.* Quieti Et Memoriae Antoni Aem. P. Riganti . . Quem Clemens XIII. Pont. Max. Vrbinatensis Poscentibus Pontificem Dedit Initiavitque (III. 93)
caeremoniis sollemnibus. v. s. *virum.*
in locum Episcopi. Admoniti Per Epistolas Episcopi Ne Quis In Locum Episcopi Demortui Inscio Pontifice Maximo Initiaretur (III. 133)
sacerdotio. v. s. *virum.*
sollemnibus sacrorum. Feriae Quod Hoc Die D. N. Pius VI. Pontifex Maximus Sacrorum Sollemnibus Initiatus Est (III. 55) *La Coronazione del Papa Pio VI.*

INITIVM. II. *Principio. Cominciamento.*
hiemis. Hiemis Initium Sive Tropae Chimerin. (I. 77. d) v. CHIMERIN.
mensis. Initium Mensis Mariani (V. 44)
* *Adventus.* Initium Adventus D. N. (V. 50)
Hebdomadis. Initium Lugubris Hebdomadis (III. 38)
—— Initium Sanctae Hebdomadis (III. 38)
Sacerdotii. Initium Summi In Vrbe Sacerdotii (III. 126) *La Cattedra di S. Pietro in Roma.*
* *supplicationi.* Hoc Die In Honorem Iosephi Mariae Sanctae Viri Supplicationi Novendiali Initium Est (III. 36)
* *faustum litteris.* Iacobus Bonfadius . . Fausto Litteris Initio Saeculum XVI. Incohavit (V. 246)
* *esse.* Hoc Die In Honorem Dei Pueri Supplicationi Novendiali Initium Est (III. 65)
habere initium. Sodales Teatini Auctore Caietano Tiene In Vrbe Constituti Clementis (VII.) Decreto Initium Habuere (III. 215)

INITVS A. VM. *Intrapreso. Incominciato. Preso. Fatto.*
concordia. Graeci Concordia Cum Latinis Inita Pontificem Maximum Venerati Sunt (III. 189)
foedus. Foedus A Paullo (IIII.) Cum Gallis Initum (III. 217)
ratio. Placere Huic Ordini Eos . . *De Sumptibus* Quos Fieri Oporteret Separatim Cognoscere Initaq. Ratione Ad Tr. Vrbis Referre (III. 293)
* *Pontificatus.* Hoc Pontifice (Leone Magno) Concilium Episcoporum Quotannis Actum III. K. Octobr. Anniversario Initi Ab Eo Pontificatus Die (III. 131)
* *adversum.* Foedus Adversum Lutheranos A Paullo (III.) Et Karolo Aug. Initum (III. 217)
auctore Paulla. Foedus Paullo (III.) Auctore Initum Adversus Turcas (III. 216)
eum. Foedus A Ioanne Initum Cum Gisolfo Duce Salernitan. (III. 165)

INIVRIA. AE. *Ingiuria. Ingiustizia. Torto. Offesa. Danno.*
bellorum. Pontem Restituit Bellorum Iniuria Et Annis Violentia Diruptum (I. 223. †) v. ABSVMPTVS.
priorum. Marciam Tempestate Lapsam Restituerunt Sine Iniuria Priorum (I. 197)
privatorum. Vnde Quaeque Eorum Proxime Sine Iniuria Privatorum Tolli Sumi Portari Possunt . . (III. 106)
* *Aetolorum.* Huic Siti Sunt Acarnanes Qui Adversus Vim Atque Iniuriam Aetolorum Pro Patria Pugnantes Mortem Oppetiverunt (III. 198)
Magistri Publicanorum. Prisae Magistri Publicanor. Iniuria Ad Inopiam Cum Familia Redactus Et Omni Aliorum Patrocinio Destitutus . . (V. 66)
* *moles iniuriarum.* Pius VII. Pontifex Maximus Quum Ex

Hostibus Ecclesiae Triumphans Post Insignium Iniuriarum Molem Virtute Depulsam In Regnum Suum Augustamque Sedem Rediret . . Hoc In Privatam Adfinium Gentetum Domum Primitus Meridiatum Digressus Est (V. 199)
quid iniuriae. Vti . . Consules Praetoresque . . Curarent Ne Quid Ei Mulieri Iniuriae Fieret . . (III. 145)
remedium iniuriae. Magnanimo Iniuriae Remedium Officio Est (III. 211)
• *saevitia, fames, iniuria.* Dominorum Interest Ne Auxilium Contra Saevitiam Vel Famam Vel Intolerabilem Iniuriam Denegetur His Qui Iuste Deprecantur (II. 176)
vis, et iniuria. v. s. *Aetolorum.*
• *infamis.* Si Vel Durius Habitos Quam Aequum Est Vel Infami Iniuria Affectos Cognoveris Venire Iube Ita Vt In Potestatem Domini Non Revertantur (II. 176)
insignis. s. s. *moles iniuriarum.*
intolerabilis. v. s. *saevitia, fames, iniuria.*
• *sine iniuria.* Censuerunt Vti . . Quotiens Opus Esset Per Agros Privatorum Sine Iniuria Eorum Itinera Aetas Paterent Darentur (III. 106)
• *adsertus ab iniuriis.* Tertia Item Et Quarto Legitima Symmachi Auctoritas Ab Iniuriis Adserta (III. 138)
affectus iniuria. v. s. *infamis.*
disceptare de iniuriis. Placere . . De Iniuriis Quas Vtro Citroque Illatas Querantur Quo Modo Inter Eos Gentes Et Macedones Disceptetur Formulam Iuris Exequendi Constituendam Esse (III. 140)
eripere per iniuriam. In Animo Habere Carthaginiensibus Victis Se Vrbes Et Agros Concessisse Non Vt In Pace Eriperent Per Iniuriam Quae Iure Belli Non Admisissent (III. 141)
facere quid iniuriae. v. s. *quid iniuriae.*
illata. v. s. *disceptare de iniuriis.*
patiens iniuriae. Mitis Idem Omnibus Et Patiens Iniuriae (V. 152)
persequenda. Populus Atellanus . . Ne Quid Ob Veteres Simultates Aut Iniuriarum Persequendarum Causas Contra Civem Incolamve Calatinum . . Facito Fierique Iubeto (III. 294)
usurpans iniuria. Hoc Pontif. (Cornelio) Concilium Episcoporum Convocatum Est . . Adversus Novatianum Pontificatum Maximum Iniuria Vsurpantem (III. 130)

INIVSSVS. VS. *Senza comando.*
Domini. Vilicus . . Iniussu Domini Credat Nemini Quod Dominus Crediderit Exigat (II. 158)
Magistri Equitum. Cum . . Interim Q. Fabius Ambustus Maximus Magister Equitum Iniussu Eius Proelio Conflixisset . . (II. 146)
Populi. L. Tarquinius L. F. Damarati N. Superbus Rex Populi Iniussu Et Sine Patrum Auctoritate (St. 107. b) *(Deest in edit. Pat.)*
Senatus. Bellum Extra Macedoniae Fines Ne Iniussu Senatus Gereret (III. 140)
• *pugnare iniussu.* Edicunt Vt Abstineant Pugna Si Quis Iniussu Pugnaverit Vt In Hostem Animadverterent (III. 136)

INL. (Inlustris) (II. 147)

INLACRIMABILIS. E. *Non piangente.*
Tota Moerente Domo Sola Inlacrimabilis Avolavit Ad Superos (III. 384)

INLATVS. A. VM. *Portato. Recato.*
cineres. Inlatis Altari Maximo Cineribus Martyrr. Sanctiss. Iustini Zosimi Valerii Luperci (II. 27)
clades. Magnae Passim A Langobardis Inlatae Italiae Clades (III. 141)
codex. Bibliothecae Eius (Reginae Christinae) Codices Veteres In Vaticanam Inlati (III. 230)

corpus. Aedes . . Caeciliae Sacro Corpore Eius Inlato Dedicatest (III. 157)
gaza, et reliquiae. Quum V. E. Stephanus Camilli F. Borgia Cardinalis . . Museum Splendidissimum Et Maximum Veteri Totius Orbis Gaza Et Priscorum Artium Reliquiis Inlatis Constituerit . . Placere Huic Ordini . . (V. 249)
imago. Imago Eius (Leonis Isaurici Aug.) Populo Plaudente In Vrbem Inlata (III. 249)
quinquagies nummorum. Scutatorum Nummorum Quinquagies Subsidio Ingruentis Belli In Arcem Vrbanam Inlata (III. 222)
quodcumque. Librorum Codicum Membranarum Chartarumve Quaecumque Inlata Descripta Dedicatave Sient Cura Esto (II. 162)
reliquiae. Post Inlatas Caelitum Magnorum Reliquias (V. 12)
—— *vetustatis, et munera naturae.* Insignibus Vetustatis Reliquiis Et Mirandis Naturae Muneribus Inlatis (III. 260. a)
sestertii. Inlatis Arcae Sextiae Ob Locum Et Tuitionem Statuae HS. N. IIII. (III. 269. †)
signa. Roberto Malatestae Quod Ariminum Occupasset Signa Inlata (III. 209)
• *altari.* Reliquiis Candidae Martyris Altari Inlatis (III. 17)
• *abiectus metu.* Matrona Lectissima Febrie Ardoribus Adsiduis Laborante In Qua Domus Tota Metu Abiecta Periclitabatur (V. 18)
aversus metus. v. s. *hostium.*
ingruens. v. s. *pestilentiae.*
liberare metu. v. s. *periculorum.*
liberatus. v. s. *captivitatis.*
trepidans. Bene Matri Precatus Quod Vrbe Belli Metu Trepidante Me Septimo Lunae Cursu Matorem Caelo Edidisset (V. 176)

MEVANIA. AE. *Bevagna.*
Natus Mevaniae (ıI. 244. †)

MEVIVS. II. *Mevio.*
Dis Manibus Meviorum (ıI. 112)

MEVS. A. VM. *Mio.*
ager, terra, fundus. Quoius Rei Ergo Agrum Terram Fundumque Meum Suovitaurilia Circumagi Iussi (I. 337)
amicus. Secundum Responsum Domitii Vlpiani Praefecti Annonae Iuris Consulti Amici Mei . . (ıI. 176)
amor. Amor Meus (I. 411. †)
anima. Maesi Augusti Ani. Mea (I. 411. †)
animus. Ex Mei Animi Sententia (I. 099)
antecursor. Cursorem Feci Antecursorem Meum (ıI. 217) *Essendo egli Corridore, lo feci mio Foriere.*
bibliotheca. Vti Bibliothecam Ie Meam Presbyteris Collegisque Suis Et Iis Qui Ordine Sacro Censentur Studiorum Causa Patere Singulis Ne Gravetur (ıııI. 252)
civis. Cum Hoc Sibi Quisque Civium Meorum Spondere Possit Me Securitatem Omnium Quieti Meae Praetulisse (I. 284)

collega. *Hanc Tibi Aram Iuppiter Optime Maxime Dico* Dedicoque Vti Sis Volens Propitius Mihi Collegisque Meis . . (I. 62)

conatus. Non Acies Ferri Non Classis Moenia Portis Conatus Tenuere Meos . . (I. 450)

constitutio. Qui Si Meae Constitutioni Fraudem Fecerit Sciat Me Admissum Severius Executurum (II. 176)

corpus. Cuius A Me Corpus Crematum Est Quod Contra Decuit Ab Illo Meum (II. 108. †)

desiderium. Solve Meum Desiderium (IIII. 326. e)

diaeta. Meae Ad Diaetam Meam Convenire Amicos Iubeo Te Caietane Marini . . (Extr.)

dies. Heu Sine Te Misero Quae Iam Solatia Patri Gesta Meos Potius Vivere Digna Dies (IIII. 534)

domus. Faustino Liberto Meo Ex Domo Mea . . Diaetam . . Item Cellarium Iunctum Eidem Diaetae Ab Herede Meo Concedi Volo (II. 115)

exercitus. Indignus Vos Esse Arbitror Qui In Meo Exercitu Ordines Ducatis (II. 179)

exuviae. Heic Exuvias Meas Composuit Martinengus Pater . . (V. 176)

filia. D. M. Bassae Studiosae Karissimae Filiae Meae . . (I. 187)

frater. Vale Mi Frater Amore Perens (V. 73)

—— *heres*. Ea Omnia . . Iosephi Ludovici Fratris Mei Filiis Optimis Carissimisque Quos Heredes Meos Institui Do Tradoque . . (IIII. 252)

hereditas. Hoc Amplius Publice Clementiano Praecipiat Sibi Quartae Partis Hereditatis Meae (II. 115)

heres. Filiae Meae Quotiescumque Vidua Erit In Annos Singulos Centum Heres Meus Dato (II. 115)

—— *uxor*. In Hoc Monumentum Heredi Meo Ius Inferendi Praeter Me Non Do Cassiae Vxori Meae Do (II. 103)

indulgentia. Necessarium Pariter Credidi Ac Laetum Obviam Dubitantibus Indulgentiam Meam Mittere (I. 284)

ius. In Agro P. XXIIII. Quia Iuris Mei Est (II. 121)

iussus, *et impensa*. Quae Iussu Impensaque Mea Educta Constitutaque Sunt Ea . . (V. 229)

liberi. Neque Me Liberosque Meos Eius (C. Caesaris Germanici) Salute Cariores Habebo (I. 299)

libertus. Do Lego Libertis Meis Vtriusque Sexus Posterisque Eorum . . (II. 115)

liquor. Exiguus Quamvis Vrna Nec Divite Fons Est
Nil Pudet Ingenti Sat Decus A Domino
Nam Tulli Mihi Rure Caput Meus Ille Diserti
Hospitis Heic Crebro Proluit Ore Liquor (V. 296)

lusor. Lusi Decentes Cum Meis Lusoribus (I. 454)

lux. Ave Lux Mea Et Vale (V. 173)

manus. Millum Argenteum Lanae Catellae Clusi Meis Manibus Lucille (II. 216)

—— Re Romana In Hanc Diem Et Horam Per Meaus Quod Voluistis Meas Servata Bene Gestaq. (II. 189)

mors. Antelcides Augustorum Libertus Aeliae Coniugi Et Sibi Ita Vt Post Mortem Meam Pertineat Hoc Sepulcrum Ad Possessionem Fundorum Nerviani Et Calpurniani (II. 103)

natalis. HS. Sena Milia N. Dari Volo . . Vti . . Omnibus Annis Prid. Idus Iun. Die Natalis Mei Oleum Singulis Vobis Dividatur (II. 98)

nomen. Id . . Oppidum Vt De Nomine Meo Castrum Clementinum Appelletis Permitto (IIII. 295)

obitus. Quod Si Quis Post Obitum Meum Vendere Aut Donare Voluerit Inferet Ark. Pont. SS. L. N. (IIII. 141)

oculus. . . Subaubana Mater Dum Supplicat Aede Ille Meis Tenebras Depulit Ex Oculis (V. 295)

ossa. Ingrata Patria Ne Ossa Quidem Mea Habes (II. 2. †)

pater. Sententiam Divi Patris Mei Si Quid Pro Sententia Dixit Describere Tibi Permitto (II. 177)

—— Mi Pater Ave Et Vale In Aeternum (IIII. 373)

patrimonium. Si Maior Auctoritas Patrimoni Mei Fuisset Ampliori Titulo Te Prosecutus Fuissem Pissime Pater (I. 187) *La facoltà del patrimonio*. v. AVCTORITAS *patrimonii*.

patruus. Bibliothecam A Maioribus Institutam Quam Clemens XI. Pont. Max. Patruus Meus Florentissimorum Auctorum Libris Scriptisque Instruxit . . Locupletavi (II. 159)

quies. v. s. *civis*.

secta. Qui Populi Romani Quique Meam Sectam Imperium Auspiciumque Terra Mari Amelbusque Sequuntur Bene Verruncent (I. 534)

sepulcrum. Quae Heic Sita Sum Caecilia Virgo Martyr Meum Si Sepulcrum Peregrino Exornatum Marmore Et Centum A Lychnuchis Quotidie Renidens Iterum Studiis Celebratur Quiritium . . Paullo Aemilio . . Sfondrato Presb. Card. . . Libens Acceptum Refero (IIII. 19)

templum. Bello Perfecto Donum Amplum Victor Ad Mea Templa Portato (III. 98)

testamentum. Ea Omnia Tibi . . Do Tradoque . . Ne . . Cuipiam Quid De Iis Quae In Testamento Meo Legata Habeat Repetendi Vsurpandi Percipiendive Ius Siet (IIII. 252)

verna. M. Sosius Balbus Hipparino Vernae Meo Bene Merenti Feci (IIII. 118)

votum. Illa (Monica) Votis Accuens Vocata Meis Nigras Tenebras Depulit (IIII. 343)

—— Votis Meis Clodia Vivas (I. 410. †)

uxor. Vxori Meae Quidquid Vivus Dedi Donavi Vsibusque Eius Comparavi Concedi Volo (II. 115)

* *Dominus*, *et Deus*. Dominus Et Deus Meus Iesus . . (IIII. 411. e)

Faustulus, *ocellus*. Ave Mi Faustule Meus Ocellus Iocundissimus (IIII. 326. h)

Manes. Fidei . . Vestrae Collegiali Committo Vti . . Ex Reditu HS. Binum Milium N. Manes Meos Colatis (II. 98)

Secundus. Actum Quem Debuisti Mi Secunde In Exsequendis Causis Eorum Qui Christiani Ad Te Delati Fuerant Secutus Es (I. 306) v. ACTVS. VS. *sequi actum*.

Venus. Tu Mea Venus (I. 411. †)

MEXICANVS. A. VM. *Messicano*.

Faba Mexicana Potioni Matennae Parandae. (Extr.) *Il cacao ingrediente pel cioccolato*.

MI

MICH. (Michael)
Caeciliae Mich. F. Sementiae (III. 114)
—— (Angelus)
Locus Monumenti . . Mich. Angeli Trulli (II. 74)
—— Ioan. Mich. Rainerio (III. 405)
MICHAEL. IS. *Michele.*
Michael Aug. (III. 156)
* *Archangelus.* Sacrarium Michaelis Archang. . . Triclinium Geminum . . Exaedificata (III. 154)
* *invictus, sanctus, potens daemonum.* Michaeli Invicto Sancto Daemonum Potenti (II. 24)
potens daemonum malorum. Michaeli Daemonum Malorum Potenti (III. 301. b)
sanctus. Tum Quicumque Supplices Heic Opem Imploraverint Tu Michael Sancte Exoratus Audi (V. 18. b)
* *Dux Caelestium.* Ave Michael Dux Caelestium . . (V. 37)
Princeps Angelorum. Michaeli Principi Angelorum Sollemnia Ex Visu Ad Garganum (V. 45) *La Festa dell' Apparizione di S. Michele Arcangelo.*
—— *invictus, maximus.* Michaeli Principi Angelorum Invicto Maximo (V. 18. a)
—— *potens daemonum.* Michaeli Invicto Sancto Principi Angelorum Caelestium Daemonum Potenti Sacr. (III. 8)
—— *Caelestium, depulsor hostium infernorum.* Michaeli Principi Caelestium Clarentes Dedicavere Depulsori Hostium Infernorum (V. 38)
MICHAELIANVS. A. VM. *Micheliano. Di S. Michele.*
Aedi Michaelianae Destinata Sedes (III. 357)
Ipse (Hieron. Theodorus IIII. Trivultius) Inter Equites Georgianos Auratos Constantinianos Et Michaelianos Adlectus Fuerat (V. 202) *Fra' Cavalieri Aurati Costantiniani di S. Giorgio, e di S. Michele.*
MICHAELIT. (Michaelitanus)
Eques Benefic. Michaelit. Ord. Primi (III. 95) *Commendatore dell' Ordine di S. Michele di prima classe.*
MICO. AS. *Risplendere. Scintillare.*
Quantus Alexander Lysippi Spirat In Aere
Quam Ducis E Vultu Vis Micat Atque Oculis (II. 028)
MIDO. NIS. *Midone.*
C. Licinio Midoni (I. 162)
MIGRANS. TIS. v. MIGRO.
Hinc Ad Caelestia Migrantem . . Domesticorum Inferiae Et Omnium Lacrimae Subsequutae Sunt (III. 378)
MIGRATIO. NIS. *Partenza per abitare altrove.*
Aedes Cum Area Ambituque Omni Nuper Paulli A Christi Passione Viri Pientissimi Incolatu Honestatas . . Post Migrationem Eius Emit (III. 281)
MIGRO. AS. *Partire. Andare ad abitare altrove.*
omnes. Bello Subinde Ac Lue Grassante Florentiam Omnes Migraverunt (III. 007)
* *ad filios.* A Puerperio Laeta Migravit Ad Caelestes Filios (V. 169)
e Germania. Angilberga Aug. Ludovici Aug. Vxor Ioanne (VIII.) Regnante In Solatium Viduitatis Romam E Germania Migrare Permissa Est (III. 162)
ex hominum vita. At Quandocumque Vos Deus Ex Hominum Vita Migrare Singulos Iusserit . . Tum . . (III. 252)

in praesidium tutum. Innocentius (II.) . . Quum Re Infecta In Tutum Praesidium Migraret A Normannis Captus Est (III. 183)
in Vrbem. In E. (Ioannis XXII.) L. F. E. Benedictus XII. Ad Quem Romani Legatos Miserunt Oratum Vt In Vrbem Migraret (III. 200)
* *Perusiam.* Benedictus (XI.) Ob Seditiones Vrbanas Perusiam Migravit (III. 198)
* *coactus migrare.* Bianca . . V. C. Ioannis Baptistae Ferrari F. Virgo Dominiciana . . Apud Genuates In Patria . . Inde Temporum Acerbitate Migrare Coacta . . (V. 160)
MIL. (Miles)
cohortis. Aurelius Victorinus Mil. Coh. XII. Vrb. (I. 427)
legionis. Trib. Mil. Leg. IX. Hispan. (I. 110)
* *Tribunus Militum.* Censor Cos. Pro. Cos. Pr. Aed. Q. Tr. Mil. (III. 266)
—— Trib. Mil. A Populo (Tribunus Militum A Populo Creatus) (I. 89) v. A POPVLO.
—— (Militaris)
A Ra. Mil. Fru. (A Rationibus Militaris Frumenti) (II. 146) *Colui, che tien conto del frumento per le soldatesche.*
—— (Militavit)
Mil. An. XVI. Vix. Ann. XXXIIII. (II. 245)
Vix. An. XLV. Mil. XXV. III. Neptuno (II. 244)
MILCHO. NIS. *Milcone.*
Agente Celere Milchonis Gulassae Filio Sufete (I. 300)
MILE. *Mille.*
Fidei . . Vestrae Collegiali Committo Vti . . Ex Reditu HS. Binum Milium N. Manes Meos Colatis (II. 98)
In Exercitu Decemque Milia Passuum Prope Furtum Non Facies Dolo Malo Solus Neque Cum Pluribus Pluris Nummi Argentei In Dies Singulos (II. 155) v. MILLE.
MILES. ITIS. *Soldato.*
armaturae duplaris. Miles Duplaris Armaturae (II. 52) v. ARMATVRA.
cohortis. Miles Coh. VII. Vigilum (II. 70)
—— Milites Coh. XII. Vrb. (II. 26)
classis. Miles Classis Praetoriae Misenatis (II. 72)
legionis. Miles Leg. VIII. Aug. P. F. C. C. Stip. XXVI. (I. 189. †)
stipendiorum. Miles Stipendiorum XXX. (II. 48)
* *Populi Romani.* Quod In Italia Milites Populi Romani Contra Rem Publicam Instigasti . . Ab Exercitu Meo Te Removeo (II. 179)
* *adlocutio militum.* (I. 398. †)
arma militis. Arma Duci Militia Neglecta In Tenebris Situs Occupabit (III. 308. b)
caedes militum. Tumultus Inde Ortus Et Ingens Civium Et Militum Caedes (III. 179)
commoda. Vti . . Inirent . . Rationem De Commodis Militum Veteranorum Augendis (II. 157)
delectus. Delectus Militum Factus Est (III. 024)
insidiae. Insidiis Militum Submissorum Detectis (III. 148)
manus. Cadalous . . Militum Manum Pro Alexandro (II.) Pugnantem Fudit (III. 173)

nomina. Nomina Militum Qui Militaver. In Cohortibus Praetor. Philippianis Decem (III. 57)
numerus. Clemens X. . . Militum Numerum Imminuit (IIII. 228)
pater. Restitutori Reipublicae Patri Militum Fundatori Pacis Aeternae (III. 55)
quis militis. Edixit . . Ne Quis Militis Donec In Castris Esset Bona Possideret Aut Venderet (III. 134)
valetudinarium. Quieti Corporis Et Memoriae Iosephi Pauli F. Arrivabeni Adlecti Inter Chirurgos Et Medicos . . Cuius Ars In Ergastulis Quoque Militumque Valetudinariis Perdiu Versata Multis Saluti Fuit (V. 137)
* *Manes.* Pro Piis Manibus Tribunorum Centurionum Militum Qui Infaustis Armis Procul A Patria Pugnantes Vis Decennalis Belli Absumpsit Immerites (V. 282)
Tribunus militum. Cos. Pr. Aed. Cur. Q. Tr. Militum Aug. (I. 268)
—— Te A. Fontei Quod Tribunus Militum Seditiosus Malusque Civis Fuisti Ab Exercitu Dimitto (II. 179)
* *arma, frumentum.* Bello Sociali Cn. Pompeium Strabonem Cos. Et Consularem Exercitum A Vettidio Et Afranio Palaam Firmani . . Milite Armis Frumento Suppeditato Levarunt (Extr.)
ars, et miles. Anacletus Arte Se Et Militibus Sepsit (IIII. 182)
civis, et miles. v. s. *caedes.*
* *Centurio, Eques.* Militibus Qui Currum Sequuti Sunt Trecenos Vicenos Quinos Asses Divisit Duplex Centurioni Triplex Equiti (III. 113)
Decurio, et miles. Decuriones Et Milites Qui Sub Eo Meruerunt Parenti Optime Merito Posuere Cum Lacrimis (V. 101)
Ductor Ordinum, et miles legionis. Ductoribus Ordinum Militibusque Legionum Augustarum . . Sodales Sancti Iosephi Supremis Officiis Pacem Adprecantur (V. 279)
Dux, et milites. Ducem Militesque Domum Cum Laude Redeunto (IIII. 330. b)
Evocatus, et miles. Q. Socconius Q. F. Cru. Primus Tudex Evocati Et Milites Quorum Nomina In Aere Scripta Sunt (III. 88)
Praefectus, Dux, miles. Praefectis Ac Ducibus Caeterisque Militibus (Extr.)
Tribunus, Centurio, miles. v. s. *Manes.*
* *baltearius.* Miles Ex Armamentario Augustor. Baltearius (III. 72)
cassidarius. Miles Ex Armamentario Imp. Caesaris Domitiani Aug Germanici Cassidarius (III. 72)
* *durus.* v. s. *arma militis.*
fortissimus. Fortissimis Militibus Magnae Animae Prodigis . . (V. 282)
immeritus. v. s. *Manes.*
veteranus. Quod C. Caesar C. F. Pontifex Pro Praetore Summo Rei Publicae Tempore Milites Veteranos Ad Libertatem Populi Romani Cohortatus Sit Eosque Conscripserit . . (III. 128)
vexillarius. Tribuno Militum Leg. IX. Hispan. Vexillariorum Eiusdem (II. 282. †)
vicinus. Dictator . . Quibus Actes Ad Militandum Gravior Esset Vicinus Militi . . Ciberia Coquere Iussit (III. 134)
* *ex armamentario.* v. s. *baltearius.*
extra sortem. Te. Militum Extra Sortem . . (I. 266)
* *absumere milites.* v. s. *Manes.*
accitus. Milites Ad Vrbis Perniciem Ravenna Et Neapoli Acciti (III. 150)
appellare Imperatorem. Constantinus Caesar A Militibus In Britannia Imperator Appellatus Est (IIII. 131)
carere militibus. Tua . . Opera Militibus Tempore Necessario Res Publica Caret (I. 179)

cohibere militem a caede. Otho Aug. . . Silvestri (II.) Obsecratione Placatus Militem A Caede Cohibuit (IIII. 169)
—— *ab incendio, et compilatione.* Gensericus Dux Vandalorum Leone (Magno) Deprecante Ab Incendio Vrbis Et Compilatione Aedium Sacrarum Milites Cohibuit (IIII. 138)
concitandus. Quum . . Magis In Seditione Concitandi Milites Adversus Vestrum Imperatorem Quam Pudoris Modestiaeque Fueritis Studiosiores Indignum Vos Esse Arbitror Qui In Meo Exercitu Ordines Ducatis (II. 179)
conducendus mercede. Militem Mercede Conducendi Ex Iis Gentibus Quae Sub Ditione Populi Romani Sunt (I. 296)
conscribere, imperare, ire, convenire milites. Edixit Vt Quam L. Quintius Militem Conscripsisset Et Quos Sociis Nominique Latino Imperasset Quos Secum In Provinciam Ire Oporteret Et Tribuni Militum Legionis Primae Et Tertiae Vti Omnes Brundusium Idibus Maiis Convenirent (III. 135)
dare. Item Sociis Et Latini Nominis Magistratibus Legatisque Eorum Qui Milites Dare Debebant Edixit Vt . . (III. 138)
deducere milites, dividere militibus. Vti . . C. Pansa A. Hirtius Cos. . . Cognoscerent Qui Ager Iis Coloniis Esset Quo Milites Veterani Deducti Essent Qui Contra Legem Iuliam Possideretur Vt Is Militibus Veteranis Divideretur (III. 137)
dimittere. Idem (Clemens VII.) Milites Magnam Partem Domum Dimisit (IIII. 215)
dividere militibus. v. s. *Centurio, Eques.*
edicere diem militibus. T. Sempronius Militibus Sinuessam Diem Ad Conveniendum Edixit (III. 135)
esse milites in castris. v. s. *quis militis.*
—— *in praesidio.* M. Anicium Pro Militibus Qui Casilini In Praesidio Fuerint Votum Vovisse (III. 94)
gerere. Miles Pro Virtute Spes Gerito (II. 219. †)
immissum in fines caedi, et fugari. Milites A Ranuccio Farnesio In Fines Romanos Immissi In Agro Bononiensi Caesi Fugatique Sunt (IIII. 227)
—— *in Vrbem.* Paschali (II.) Beneventum Profecto Guarnierus Dux Factionis Henricianae Milite In Vrbem Immisso Maginolfum Pontificem Maximum Dicere Ausus Est (IIII. 179)
imperitare militibus. Henricus . . Leo Per Amentem Bis Altare Cruentus Guibertum . . Tibure Militibus Imperitare Iussit (IIII. 175)
instigare milites. v. s. *Populi Romani.*
merere. Fortissimis Militibus Cohortis Firmanae Qui Contra Perseum Paullo Aemilio Imperatore Meruerunt (Extr.)
—— *sub eo.* v. s. *Decurio, et miles.*
militare. v. s. *nomina.*
missus honesta missione. Avitus Et Alexander Fratres Redeunt Milites Coh. Pr. 7. Corvini Missi Honesta Missione Ab Eugenio Imp. Primi Omnium In Patria Sua (IIII. 15)
occumbere acie. Militibus Qui Acie Mutinensi Pro Libertate Occubuerunt (III. 117)
parcere sociis. Miles Sociis Parcito (IIII. 330. c)
pugnans opitulari. Milites Christiani Contra Quados Pugnantes Caelesti Aqua Implorata Legionibus Romanis Opitulati Sunt (IIII. 128)
—— *procul a patria.* v. s. *Manes.*
pulsus a militibus. Vrbanus (II.) . . Romam Guiberto Iam Ab Hugonis Militibus Pulso Reversus Est (IIII. 177)
recipere militem. Ne Militem Neu Quem . . Alium Ex Regno Eumenis Recipito (I. 296)

redire donum. v. s. *Dux, et milites.*
restare, efferre. Si Quis Miles Aut In Vrbe Restitisset Aut Secum Extulisset Quod Suum Non Esset Locrensibus Se Permittere Vt . . (III. 140)
scribere milites. Huic (Innocentio II.) Factio Seditiosorum Anacletum Opposuit Qui Templo Vaticano Compilato Privatoq. Patrimonio Effuso Milites Scripsit Et Fautores Suos Ditavit (III. 182)
sepire se militibus. v. s. *arx, et miles.*
submissus. v. s. *insidiae.*
suppeditatus. v. s. *arma, frumentum.*

MILESIVS. II. *Milesio.*
Franciscus Mario Milesius Patriarcha (V. 69)

MILIAR. (Miliarius)
Pr. Eq. Al. Britannic. Miliar. (II. 298) v. MILIARIVS.

MILIARIVM. II. *Miglio. Cippo. Colonna milliare.*
Monumentum Quod Est Via Triumphali Inter Miliarium Secundum Et Tertium Euntibus Ab Vrbe Parte Laeva In Clivo Cinnae (III. 43)
Miliaria Vetustate Conlabsa Restitui Iusserunt (II. 135) v. MILLIARIVM.

MILIARIVS. A. VM. *Di mille.*
Praefectus Equitum Alae Britannicae Miliariae (III. 71)

MILIEVECHIVS. II. *Milievechi.*
Cineribus Iosephi Milievechi (III. 113)

MILIT. (Militaris)
Praef. Aerar. Milit. (V. 104)
Civibus Et Sign. Milit. A Parthis Restitut. (I. 397)
—— (Militavit)
Milit. Ann. XXVI. Vix. Ann. XLII. (II. 83)
—— (Militum)
Praef. Cohortis Trib. Milit. Donat. Hasta Pura Corona Vallari (II. 25)

MILITANDVM. v. MILITO.
Dictator . . Quibus Aetas Ad Militandum Gravior Esset Vicina Militi . . Cibaria Coquere Iussit (III. 134)

MILITANS. TIS. v. MILITO.
Trib. Mil. Leg. VIII. Aug. Qua Militante Cum Liberata Esset Noris Obsidione Legio Pia Fidelis Constans Commoda Cognominata Est (I. 189. †)

MILITARIB. (Militaribus)
Donato Ab Imp. Aug. Militarib. Donis Corona Vallari Et Murali (I. 100)

MILITARIS. E. *Militare.*
aerarium. Praef. Aerarii Militaris (I. 15)
aetas. Dictator Iustitium Indicit . . Quicumque Aetate Militari Essent Armati . . Ante Solis Occasum Martio In Campo Adessent (III. 135)
disciplina. Vindici Disciplinae Militaris Regum Fortissimorum Laudes Merito (III. 316. a)
donum. Equites Ob Virtutem Donis Militaribus Donati (III. 322. a)
expeditio. Memoriae Francisci Buroni . . Militarium Expeditionum Gloria Praestantis (V. 67)
gloria. Petrus Alex. F. Suvarovius Rymnichianus . . Quem Per Adversa Vulnera Perque Magnorum Praeliorum Labores Ad Summum Gloriae Militaris Fastigium Virtus Evexit (V. 244)
labor. Dominicus Ducis Calvisani F. Pescara . . Militaribus Laboribus Defunctus Domi Senex Rei Maritimae Praefuit (V. 99)
laus. Militari Primum Laude Atque Extraordinariis Imperiis Quum Adolescens Inclaruisset (Alexander Albanus Card.) . . In Demum Ad Sacros Magistratus Et Praefecturas Accesserat (III. 229)
licentia. Ortam Regis Gallorum Licentia Militari Appetitus Est (III. 228)
res. Rei Militaris Scientiam Cum Religione Et Doctrina Coniunxit (V. 101)
signum. Civibus Et Signis Militaribus A Parthis Recuperatis (I. 397. †)
valetudinarium. Quum A Sociis Esset Valetudinariorum Militarium Veronensium Adsiduam Aegris Et Vtilem Navavit Operam (V. 244)
via. Aedes Avitas Vetustate Dilabentes Ampliato Solo Aedificioque Ad Viam Militarem Producto In Elegantiorem Formam Restituerunt (V. 232)
usus. Aedem . . Bis In Militares Vsus Bello Gallico Profanatam . . Libentes Merito Exornavimus (V. 36)
* *Legatus.* Datam Divinitus Russiae Genti Vel In Praetorium Eius Legati Militares Ex Austria Gallia Britannia Convenirent (V. 199)
* *augustus, militaris.* Via Augusta Militaris . . Aperta (Extr.)
bellicus, militaris. Memoriae Benedicti Barpt. F. Clarelli Paganini Com. . . Quem Bellicis Virtutibus Et Militari Gloria Clarissimum . . Reducem Ad Suos Roma Requisivit (V. 241)

MILITAVER. (Militaverunt)
Nomina Militum Qui Militaver. In Cohortibus Praetor. Philippianis Decem . . (III. 57)

MILITIA. AE. *Milizia. Guerra.*
Arcis Romanae. Fidelis Octavianus V. C. . . Quem In Arcis Romanae Militia Signiferum Clemens XIIII. Pont. Max. Ob Merita Virtutemque Eius Inter Ductores Ordinum Adlegit . . (V. 255)
* *ius.* Militiae Summum Ius Habente (III. 136)
scientia. Dominicus Ducis Calvisani F. Pescara . . Qui Sub Regibus Catholicis Philippo Et Ferdinando Navalis Militiae Scientia Clarissimis Vltimas Americae Atque Orientis Oras Intrepidus Adiit . . (V. 99)
* *Dux militiae.* Durae . . Ducibus Militiae Leges Graves Ostendit Auctor (III. 316. a)
Magister. Summo Magistro Militiae Vtriusque (III. 84) *Maresciallo.*
Formulam hanc inscriptiones apud Gruterum plures exhibent (p. 1070. n. 2. etc.), quae tamen Theodosii senioris temporibus antiquiores non videntur. sed ipsum vocabulum Magister *militare et castrense jamdiu habebatur:* Magistrque Equitum *Dictatores vetustate aequabant. itaque pro duce Virgilius etiam* Magistrum *dixit (Aen. l. 9. v. 370)*
Tercentum, scutati omnes, Volscente Magistro.
summus autem hoc loco appellandus erat, qui ceteris Ducibus dignitate praestiterit, quorum nostra aetate plures sint gradus, nec par omnium honor (ibid. †) v. MAGISTER militiae. STRATEGVS.
* *dura.* v. s. *Dux.*
navalis. v. s. *scientia.*
prima. Quem Imp. Caesar Antoninus Aug. Pius . . Agentem Aetatis Annum XIIII. Militia Prima Praefectura Equitum Breucorum D. Exornare Dignatus Est (III. 123)
urbana. Ordo Decurionum Ferentinum Q. Claudio Felici Qui In Militia Vrbana Ordines Duxit Civitatem Et Honorem Decurionatus Gratuitum Dedit (III. 58)
utraque. Summae Magister Vtriusque Militiae (III. 73. †) *Maresciallo.* v. s. *Magister.*
* *Signifer in militia.* v. s. *Arcis Romanae.*
* *abreptus in militiam.* Aulum In Militiam Ab Agro Abreptum Agape Orantem Audivit (III. 408. a)
ducere Ordines in militia. v. s. *urbana.*
fungi militia. Nomina Militum . . Qui Pie Et Fortiter Militia Functi Sunt (III. 57)
imperare militiae. Minores Magistratus . . Militiae Quibus Iussi Erunt Imperanto (III. 136)

reductus ex militia. Maria Virgo Quandoque Ope Tua Ex Militia Domum Sospites Reducti . . (III. 18)
translatus ex militia. A Divo Traiano Ex Militia In Equestrem Dignitatem Translato (I. 107)
* *domi militiaeque.* Viro Optimo Praestantissimo Rebus Domi Militiaeque Magno Religione Et Pietate Maximo (III. 315)

MILITO. AS. *Militare. Guerreggiare.*
annos. Militavit Annos LVIII. (III. 104)
* *coepi militare.* Militare Coepit Pompeiano Et Avito Cos. Ann. XV. (II. 118)
vivo, milito. Vixit Ann. XL. Militavit Ann. XVI. (II. 117)
* *invitus.* Vt P. Aebutio Emerita Stipendia Essent Ne Invitus Militaret (III. 243)
* *in Classe.* Iis Qui Militant In Classe Flavia Moesica . . (III. 58)
in Cohorte. Peditibus Et Equitibus Qui Militant In Cohorte III. Alpinorum Et In VIII. Voluntariorum . . (I. 309. †)
—— *Praetoria, Evocatus, Centurio.* C. Leg. IIII. Scyth. Militavit In Pr. An. XVII. Evoc. An. II. C. In Leg. IIII. Scyth. An. XVIIII. (II. 83)
in Legione. Veteranis Qui Militaverunt In Legione I. Adiutrice Honestam Missionem Et Civitatem Dedit (I. 308. 2)
sub eo. M. Antonius Colomna Praef. Classis Romanae Et Navarchi Centuriones Classiarii Qui Sub Eo Militaverunt . . (III. 340)
sub tutela. Diis Deabusq. Sub Quorum Tutela Augg. Militant (I. 19)

MILL. (Millia)
Ab Augusta Mill. P. CXV. (II. 103)
Legat. Propraet. Moesiae In Qua Plura Quam Centum Mill. Ex Numero Transdanuvianor. Ad Praestanda Tributa Cum Coniugib. Ac Liberis Et Principib. Aut Regibus Suis Transduxit (II. 89)
—— (Milliarium)
Fabiano Et Sebastiano Martyr. Via Appia Ad Mill. II. (III. 33)
—— (Millies)
Reliqua Vetera HS. Novies Mill. Abolita (I. 393) *Condonato il debito vecchio di novecento milioni di sesterzj.* v. RELIQVA.

MILLE. *Mille.*
anni. Moles Augusta Basilicae Honorianae . . Post Annos Mille Et Quadringentos Ad Vetustae Firmitatis Speciem Et Robur Revocata Est (III. 396)
arbores. Ego Iam Dicabo Mille Magnas Arbores (I. 441)
passus. Inter Se Parento Aut Sortiunto Qua In Parte Vrbis Quisque Eorum Vias Publicas In Vrbe Roma Propiusve Vrbem Romam Passus Mille Reficiundas Sternendas Curet (III. 102)
pericula. Transivi Intrepidus Per mille Pericula Victor (I. 450)
pondo. Auri Coronari Pondo Triginta quinque Millia Municipiis Et Coloniis Italiae Conferentibus Ad Triumphos Meos Quintum Consul Remisi (III. 113) v. AVRVM *coronarium.*
populi, et animae. Mille Ictus Populi Accipient Animaeque Silentum . . (V. 299)
talenta. Argenti Probi Attic. Talent. XII. Millia Dato Intra Duodecim Annos Pensionibus Aequis (I. 297)
* *argenteorum.* Argenteorum Italicorum Quatuordecim Millibus In Subsidium Addictis (III. 397)
denariorum. His Consanguineis Testamento Honoratis In Templi Nazariani Commoda Atque In Egenorum Curialium Solatium Legavit Denar. Italic. Octoginta Millia (V. 145)
hominum. Piis Manibus Peregre Defunctorum Et Assertoribus Catholicae Professionis . . Quos Cyrnaeus Hostis E Sedibus Suis Ad XIIII. Millia Hominum Extorres In Galliam Insulasque Tyrrhenici Maris Deportari Iussit (V. 187)
hostium. In Ea Provincia Hostium Caesa Aut Capta Supra LXXX. Millia (II. 10)
nummorum. Testamento Colonis Coloniae Iul. Felic. Pisaur. Decies Centena Millia Num. Dedit (I. 120)
passuum. Contra Incursiones Helvetiorum A Lacu Lemano Ad Montem Iuram Millia Passuum XVIIII. Murum In Altitudinem Pedum XVI. Fossamque Perduxit (III. 195)
sestertiorum. Si Quis Aliud Corpus Superposuit Det Fisco HS. CCC. Millia (II. 158)
talentorum. Mille Talentum Daret Populo Romano Dimidium Praesens Dimidium Pensionibus Decem Annorum (III. 140)
voluminum. Octo Amplius Voluminum Millibus Quae Bellorum Metu In Hospitium Mantuanum Translata Augusto Loco Et Humenti Contabescebant In Veterem Domum Paratamque Sedem Restitutis (V. 236)
* *ad millia sexaginta.* Cives Vnius Anni Spatio Ad LX. Millia Desiderati (III. 222)
ad tria, et quingenta. Bibliothecam A Maioribus Institutam . . Exquisitis Omnium Disciplinarum Voluminibus Ad Tria Millia Et Quingenta Locupletavi (II. 259)
centum millia. Si Quid Eorum Servus Fecerit Dominus Eius Centum Millia Populo Det (I. 280)
decies centena. v. s. *nummorum.*
in mediis millibus. Qualiscumque Tamen Servavit Meque Mihique Est
Semper Servatus Millibus In Mediis
Vmbo . . (III. 222)
supra millia octoginta. v. s. *hostium.*
* *addicere reditus ad quatuor millia.* Pius VII. Pontifex Maximus . . Reditus Ad Scutatorum Nummorum Millia Quatuor Annuus Addixit (III. 396)
addicta in subsidium. v. s. *argenteorum.*
dare. Is Populo Romano Ꞇ. Millia Dare Damnas Esto (I. 280)
debere. Domus Mendicantium Pupillarum A Templo Pacis . . Quum Novis Sumptibus Exhausta Scutat. Nummor. LII. Millia Deberet . . (V. 192)
impensa in subsidium. Scutatorum Nummorum Triginta Millibus In Subsidium Impensis (III. 396)
legare. v. s. *denariorum.*
reddere. Argenti P. X. Et HS. X. Millia N. Reddedit (II. 252)
sternere. XVIIII. (Novendecim Millia Passuum) Silice Sua Pecunia Stravit (I. 221)
suppeditare. Quod D. N. Pius VI. Pont. Max. . . Passus Sit Vt Aeri Alieno Quo (Sodalitas) Premebatur Dissolvendo Pecunia Mutua Ad Scutat. N. Millia VIII. Ex Mensa Eius Publica Suppeditaretur Ea Lege Vt . . Placere . . (V. 259)
* ∞ (Mille)
Longum P. ∞. CC. Latum P. X. Vsque Ad Rivom (II. 144)
Rei Publicae In Alimenta Puerorum Et Puellarum Plebis Vrbanae Scutat. ∞∞∞. D. N. Testam. Legavit (III. 83)

CIↃ. (Mille)
Ioan. Paullo Delfino Pont. Bergomat. Cuius Liberalitate Ex Annuo Reditu Eius Denar I cIↃ. Adtributi Sunt (V. 58)
—— (Millesimus)
Decessit VIIII. Cal. Ian. Anno Sacro cIↃ. IↃcc. LXXV. (III. 98)

MILLESIMVS. A. VM. *Millesimo.*
Praesentiae Matris Deum P. Septimius Felix Ob Coronam Millesimi Vrbis Anni (II. 22) v. ¶. PRAESENTIA

MILLIAR. (Milliarium)
Aedem Mariae Adiutricis Via Salvia Ad Milliar. III. Compilare Aggressi (IIII. 282)

MILLIARIVM. II. *Miglio* ¶ *Cippo, o Colonna milliare.*
fossa milliariorum. Fossam Milliariorum XIIII. Anno R. DCC. LXXXI. Inchoatam Aquis Vndique Corrivatis Intra Menses XIIII. Perduxit (IIII. 247)
¶ *Appiae.* Viam .. Veliternam Quae Vetustate Interciderat .. Ad Appiae Milliarium XVIIII. Muniendam Curavit (IIII. 243)
• *viae, et milliaria.* Imperatores Caesares L. Septimius Severus .. Et M. Aurelius Antoninus Aug. Fdius Eius Vias Et Milliaria .. (II. 39)
• *a capite ad milliarium XX.* Formam Aquae Paullae Scatebris Dilabentibus Decrescentem .. A Capite Ad Milliarium XX. Fontibus Corrivatis Restitui .. Iussit (V. 205)
a milliario. Aqua Paulla A Miliario XXXV. In Ianiculum Perducta (IIII. 224)
ad milliarium V. Locus Monimenti Sive Ager Est Via Latina Ad Milliarium V. Supra Pontem Ad Monimentum Gemi Caesaris Agathocliani (II. 215)
intra milliarium I. et II. Solarium Tectum Iunctum .. Quod Est Via Appia Ad Mertis Intra Milliarium I. Et II. Ab Vrbe Euntibus Parte Laeva Inter Adfines Vibium Calocaerum Et Populum (I. 321)

MILLIARIVS. A. VM. *Di mille.*
porticus. Porticus Milliaria Domus Pontificalis In Vaticano Exculta (IIII. 220)
saeculum. Milliarium Saeculum (I. 396. †)
• *Cohors.* Ductor Coh. Milliariae (Extr.) *Generale di Brigata.*
— Ductori Cohortis Milliariae Praefecto Turmae Regiae Protectorum Omnibus Honoribus Et Muneribus Integre Functo (V. 102)
• ∞. (Milliarius)
Coh. I. Br. ∞ Eq. (Cohortis Primae Brittonum Milliariae Equitatae) (III. 146)

MILLINIANVS. A. VM. *Milliniano. Di Millini.*
Fundum Millinianum Superiorum Temporum Negligentia Desertum Villa Rustica Constituta Colonisque Deductis Bipartito Colendum Curavit (V. 223)
Valetudinarium Publicum Millinianum .. Ampliato Solo Instauratum Constitutumque Est (V. 221)

MILLVM. I. *Collare di cane.*
Millum Argenteum Lisae Catellae Clusi Meis Manibus Lucilla (II. 216)

MILVIVS. A. VM. *Milvio.*
Semitam Tiberinam A Porta Flaminia Ad Pontem Milvium Viam Fecit (IIII. 241) *v.* MVLVIVS.

MIN. (Minor)
Vnguentarius Vic. Lor. Min. (II. 247) v. LOR. (Loretum)

MINAE. ARVM. *Minaccie.*
Minis Iustiniani II. Aug. Contemptis (IIII. 148)
Ioan. Baptistae Gentilinio E Societate Iesu Iterum .. Cuius Laus Praecipua Fuit Virtutem Et Sanctitatem Minis Terroribus Periculis Nunquam Posthabuisse (V. 151)
Quia Rege Te Superbae Iam Minas Curat Africae Aut Threcia Arma Pavent (IIII. 313)

MINAX. CIS. *Minaccioso.*
Hermes Aequoreo Minax Tridente (I. 453)

MINC. (Mincius)
Praefectus Tractus Minc. (Extr.) *Prefetto del Dipartimento del Mincio.*

MINCIVS. II. *Mincio.*
Vrbs Tibi Quam Vitreis Circumdat Mincius Vndis
Pro Iuvene O Virgo Plurima Vota Facit (II. 229)

MINDIVS. II. *Mindio.*
M. Mindius M. F. Gal. Maximianus (I. 229)

MINER. (Minerva)
Miner. Pacif. (I. 365)
— (Minervius. a. um)
Primopilo Leg. Miner. (II. 83)

MINERV. (Minerva)
Sollemnia Ad Mariae Vic. Minerv. (IIII. 37) *Alla Minerva.*
— (Minervius)
Praefecto Turm. Alae II. Leg. I. Minerv. (I. 154)

MINERVA. AE. *Minerva.*
aedes Minervae. Aedem Minervae Et Iunonis Reginae Et Iovis Libertatis In Aventino .. (feci) (III. 100)
epulum. Epulum Minervae (I. 77. a)
tutela. Tutel. Minervae (I. 76. c)
vicus. Virgines Dotantur Ad Mariae Vico Minervae (IIII. 32) *Alla Minerva.*
votum. Votum Merito Minervae (I. 37)
• *Iuno. Minerva, Salus.* Iunoni Reginae Vaccam Minervae Vacc. Saluti Vaccam (II. 183)
Iupiter, Iuno, Minerva. Decemvirorum Monitu Decretum Est Iovi Primum Donum Fulmen Aureum Pondo Quinquaginta Fieret Iunoni Minervaeque Ex Argento Daretur (III. 96)
— *et Genius Loci.* Iovi Optimo Maximo Et Iunoni Reginae Minervae Aug. Et Genio Loci Ipsius (I. 46)
Lares Augusti, Minerva Nemausus Vrnia Avicantus. Laribus Aug. Sacrum Et Minervae Nemauso Vrniae Avicanto T. Cassius T. L. Felicio Ex Voto (II. 307)
Mercurius, et Minerva. Mercurio Et Minervae Dis Tutelar. S. (II. 313)
• *Arnalia.* Mercurio Et Minervae Arnaliae Numinibus Augustorum (III. 11)
Augusta. v. s. *Iupiter, Iuno, Minerva, et Genius Loci.*
Custos. Minervae Custodi (II. 21)
Pacifera. Minervae Paciferae (II. 369. a)
Sancta. Minervae Sanctae (II. 369. a)
Victrix. Minervae Victrici (II. 369. a)
• *ad Minervam.* Descript. Et Recognit. Ex Tabula Aen. Quae Fix. Est Rom. In Mur. Post Templum Divi Augusti Ad Minervam (I. 313. †)

MINERVALIS. E. *Di Minerva.*
Idib. Septembr. Hoc Die Romae In Aede Minervali Per Magistratum Annis Singulis Ex Aere Clypei Figebantur (I. 27. †)

MINERVENSES. IVM. *I Minervesi.*
Annos Natum LXXII. Nemo Non Flevit Amissum Minervensium In Primis (IIII. 372)

MINEVS. I. *Mineo.*
In Memoriam Minei Prisci Fil. (I. 21)

MINIARIVS. A. VM. *Di minio. Appartenente a minio.*
Pictor Miniarius (III. 80. †) v. ARGVTIAE.

MINICIA. AE. *Minuzia. Grani minuti.*
Quaeritur adhuc quid olim Cura Miniciae *esset aut* Minuciae: *nam utrumque scriptum invenias. aedificia fuisse bina hoc nomine in regione nona plerique statuunt, quae tamen a Rufo et Victore* Minitia Vetus *et* Minitia Nova *appellantur. equidem quum et frugum minutarum mentio a Tullio fiat (in Verr. l. 3. c. 7. n. 18. v. Lips. Elect. l. 1. c. 8), et* Minuta *etiamnum Romae vocentur legumina et quidquid minutioris est grani praeter frumentum, in eam opinionem venio,* Curatorem Minuciae *fuisse, qui fruges minutas certum in locum convehendas, populoque distribuendas curaret*

(Cof. Marinius Frat. Arv. p. 801. hanc cl. Auctoris opinionem convellit, multaque de Minuciae *significatione affert, quae legenda omnino sunt, licet ea omnem difficultatem minime tollant)* (a) *ceterum id etiam ad* Praefectum Annonae *nunc pertinet: ut ea appellatio ad extraordinarium magistratum reservanda sit* (III. 67. †)
Cura Miniciae (III. 67. †)
Curator Aquarum Et Miniciae (III. 65)
—— *Minicia.*
Minicius L. F. Paetinae (II. 238)
MINICIVS. II. *Minicio.*
C. Minicio Fundano . . Cos. (II. 32)
MINIME. *Non. No.*
Vt Quem Aetate Senem Rebus Gestis Clarissimum Virtute Gloria Amplitudine Ad Summum Provectum (Civitas) Amisisset Minime Tamen Civibus Eundem Et Patriae Satis Vixisse Existimaret (III. 230)
MINIMVS. A. VM. *Minimo. Minore di tutti.*
Matii Fratres Posuere Raphael Can. S. Mar. Transtib. A Caerim. Pontif. Franciscus Praep. Offic. Monet. Ioannes Natu Minimus (V. 240)
MINISCALCHIVS. A. VM. *De' Miniscalchi.*
Zenoni Caelesti Patrono Castri Cognomine In Fundo Mociano Gens Miniscalchia Vico Sacro Dominans (V. 12)
MINISCALCHVS. CHI. *Miniscalchi.*
Alfonso Aloisi Miniscalchi F. (V. 178)
Sorores Erissae Tres Mathilde Araldi Margarita Maffei Mariamna Miniscalchi Vxores (III. 370)
MINISCALCVS. CI. *Miniscalchi.*
M. Antonius Miniscalcus (V. 18)
MINISTER. I. *Ministro.*
Ser. Galba II. T. Vinio Cos. Magistri Ti. Claudius Crescens . . Ministri Protus Sabeli . . (III. 58) v. HONORATVS. A. VM.
Minister Larum Aug. (III. 69)
Minister Operum Publicorum (III. 78)
MINISTERIVM. II. *Ministero.*
D. N. Pius $\overline{\text{VI}}$. Pont. Max. . . Templum Magnificentissimum . . Pontificum Finitimorum Ministerio Suos Sanctissimis Caeremoniis Consecravit (V. 193)
Ministerio Principis Apostolorum (V. 275. a)
Ex Secretioribus Ministeriis (III. 60. †) v. ADYTVM *Praesidis.*
MINISTRA. AE. *Ministra.*
Hanc Belloque Bonam Totiee Sacrisq. Ministram
Magnam Barbarico Quae Sonat Ore Tuba
Aerea Palladiam Ponit Pheraenicus Ad Aram
Et Bellum Senior Desinit Atque Sacra (III. 221)
MINISTRO. AS. *Ministrare.*
Pont. Max. . . Captis E Plebe Mendicis $\overline{\text{XII}}$. Pedes Lavat Et Coenam Ministrat (III. 59)
MINITANS. TIS. *Minacciante. Minaccioso.*
O Victor Hostium Maximorum Maxime . . Perge Rabidos Compescere Ereboque Claude Rursum Minitantes (III. 410. a)
MINOR. ARIS. *Minacciare.*
Si Quid Minator Eorus . . (III. 307. b)
MINOR. VS. ORIS. *Minore. Inferiore. Più piccolo.*
ornamentum. Maioribus Ex Quorum Dignitate Summo Ipse Honore Affecta Est Ornamenta Non Minora Ex Sua Laude Reddidit (III. 277)
vas. Si Quis Magistratus Adversus Haec D. M. Pondera Modiosque Vasaque Publica Modica Minora Maiorave Faxit Iussitve Fieri . . (I. 316. †)
* *Aedituus.* Septimillo Aedituo Minori Aedis Marianae Transtiberinae (III. 117)
Clericus. Ex Ordine Clericorum Minorum (Extr.) *Cherico Minore di S. Francesco Caracciolo.*
Curia. (III. 66. †) v. CVRIA.

Diphilus. L. Annio L. L. Diphilo Maiori L. Annio L. L. Diphilo Minori (II. 249)
Frater. Karolus Marchio Tripot. Et Fratris Eius Minoris Filii . . (V. 76)
Ianuarius. C. Iulio C. F. Quir. Ianuario . . C. Iulius C. F. Vol. Ianuarius Minor (II. 249)
Loretum. A Vico Loreto Minore (I. 139. †) v. A PVLVINARI. LOS. (Loretum)
Magistratus. Minores Magistratus Partiti Iuris Plures In Pluris Suuto (III. 136)
Pagus Amentinus. Magister Pagi Amentini Minoris (III. 65)
Pontifex. (III. 65)
—— Pontif. Minori (II. 283) v. ARCHIEPISCOPVS.
Sacerdos. Ioannes . . Chrysostomus Primus Sacerdotum Minorum Conciones Antiochiae Ad Populum Habuit (III. 264)
Villensis. Hic Situs Est Ioannes Ant. F. Belottius . . Cui Ordo Villensium Minorum Funus Publicum Laudationem Et Locum Monumenti Decrevit (V. 419)
* *minor, maior.* Obsides XXXX. Arbitratu Cos. Romani Dato Ne Minores XII. Annorum Neu Maiores XXXX. (II. 172)
modicus, minor, maior. v. s. *vas.*
* *annis.* Pueri $\overline{\text{XXXX}}$ E Plebe Vrbana Qui Neque Minores Annis Septem Neque Maiores Annis Decem Capti Sint In Annos Octo Singuli Alantur Instituantur (III. 255)
annorum octonum denum. Obsides Romanis $\overline{\text{XX}}$. Dato Et Triennio Mutato Ne Minores Octonum Denum Annorum Neu Maiores Quinum Quadragenum (I. 297)
patris familias. Eum Quis Volet Magistratus Multare Vti Dum Minore Patris Familias Taxat Liceto (I. 316. †)
* *Aeacide.* Virtutis Decus Haec Bello Tulit Omnia Victus Sitcius Argolico Non Minor Aeacide (III. 345)
Pio. Inter Alexandri Medius Qui Maxima Signa
Testabor Quanto Sit Minor Ille Pio (III. 344)
* *In tumulo.* His Cessere Homines Sed Non Deus Vrget Vtrumque
Qui Vicit Clauso Non Minor In Tumulo (III. 344)
MINOR. (Minoris)
C. Fulvius Chryses Mag. Pagi Amentini Minor. (II. 246)
MINORR. (Minorum)
Sacrum Sollemne Adstantibus Pontiff. Minorr. (III. 44) *I Vescovi Assistenti al Soglio.*
MINTVRN. (Minturnensis)
Nundinae Aquini In Vico Interamna. Minturn. Romae Capuae Casini Fabrateř. (II. 42)
MINTVRNENSES. IVM. *I Minturnesi.*
Minturnenses D. D. (I. 109)
MINVCIA. AE. *Minucia. Grani minuti.*
Cura Minuciae (III. 67. †)
Curator Minuciae (III. 67. †) v. MINICIA.
MINVCIANVS. A. VM. *Minuciano. Di Minucio.*
Ab Exercitu Minucianus (Q. Fabius Maximus) Pater Appellatus Est (I. 265)
MINVCIVS. II. *Minucio.*
M. Minucius Augurinus (I. 204. b)
MINVEND. (Minuendus)
Praef. Sacri Consili Sumpt. Minuend. (V. 206) *Prefetto della Sacra Congregazione di Buon Governo.*
Praef. Sacri Consili Publ. Sumpt. Minuend. (V. 215)
$\overline{\text{XII}}$. Vir Sacri Consili Sumpt. Publ. Minuend. (V. 85) *Ponente di Buon Governo.*
MINVENDVS. A. VM. v. MINVO.
Quinqueviri Publicis Sumptibus Minuendis (III. 66)
Praefectus Sacri Consili Publicis Sumptibus Minuendis (III. 67) *Prefetto della Sacra Congregazione di Buon Governo.* v. ADSIGNANDVS.

Quod Vrbe Facta Sunt De Augendis Honoribus Antonii Lamberti Rusconi . . XII. Viri Sumptibus Minuendis . . De Ea Re Voivetsi Ita Censuerunt (IIII. 291) *Ponente di Buon Governo.*

MINVO. IS. *Diminuire. Scemare.*
Bellorum Metus Et Pestilentia Italiam Pleromque Depopulata Advenarum Frequentiam Minuit (IIII. 225)
Quum Loci Dignitas Vetustate Minueretur . . (Cellam) Perficiundam Et Sectilibus Sternendam Curaverunt (V. 4)

MINVS. *Meno. Non.*
timoris, periculi. Quo Timoris Minus Eo Periculi Minus Est (II. 219. †)
* *commodus.* Ex Auctoritate Alexandri Farnesii Card. Leg. Perpet. Populus Viterb. Portam Farnesiam Aperuit Vallam Minus Commodo Loco Positam Clusit (II. 231)
illustris. Officinas Musivariorum Quae Solo Humenta Et Loco Minus Illustri Incommodae Subsidebant . . Auctis Operibus Novas Caelo Liberiore Exstruendas Curavit (V. 209)
* *in primis, nec minus.* Heic Placide Pace Compositus Est Hieronymus Secchianus . . Cuius Caritatem Senserre In Primis Miseri Opis Indigi Nec Minus Studiosi Cultus Divini Templo Paitonensibus Inaedificato Et Impensa Sua Magnifice Aucto (V. 158)
ne minus. Hic Collegio Suo Centonariorum Legavit HS. ∞. Ex Cuius Reditu Quotannis Die Parentalium Ne Minus Homines XII. Ad Rogum Suum Vescerentur Cura Coll. Cent. (II. 151)
ne minus ex. Ex Cuius Summae Reditu Rosam Ne Minus Ex HS. N. XVI Poni Se Velut (I. 172. †)
nec minus. Nec Minus Eadem Studiosa Vbique Religionis Fautrix Virtutum Propitia Miseris Custos Dignitatis . . (IIII. 387)
non minus quam. Patri Avo Maioribus Non Illa Minus Ex Sua Reddidit Laude Quam Decoris Sibi Tam Clara E Gente Obvenerat (IIII. 317. b)
plus minus. Vixit Annis Plus Minus XX. (II. 78) P. M. (Plus Minus)
quo minus. Quo Minus Eae Aquae Earumve Quo In Vrbem Romam Ire Cadere Fluere Pervenire Duci *Possint* Quove Minus In Vrbe Roma . . Aqua . . Saliat Distribuatur Dividatur In Castella Lacus Immittatur . . (I. 280)
si minus, at. Patruo . . Sanctissimo Clementi XI. Pontificatum Maximum Gerenti Adfuerat (Alexander Albanus Car.) Si Minus Aetate At Ingenio Certe Atque Virtute Iam Reipublicae Idoneus (II. 229)
vel minus. Cum Possessorum Securitati Vel Minus Multi Anni Sufficere Possint . . (I. 504)
* *flere.* . . . . . Gemitu Lacrimisq. Colenda
Infelix Aevo Tam Cito Quae Cecidit
An Felix Aegrae Potius Subducta Senectae
Sic Hecuba Flevit Penthesilea Minus (I. 440)
libet. Si Hoc Faciet Minus Libebit Ambulare (II. 158)
occurrere. Scripta Clarorum Virorum Quae Minus Occurrebant . . Iterum Edenda Curavi (Extr.)

MIRABELLVM. I. *Mirabello.*
Alexander Horatii F. Albanus Protodiac. Cardinalis . . Ditionem Veterem Agrumque Vectigalem Castri Leonis Et Mirabelli . . Recepit (II. 34)

MIRABILIS. E. *Mirabile. Maraviglioso.*
celeritas. Post Victoriam Gothicam Ipsis Eorum Regibus Celeritate Mirabili Confecta Publico Superatis Atque Prostratis (I. 454)
exercitus. O Beatorum Caelitum Mirabiles Exercitus (IIII. 410. b)
fons. Fons Mirabilis Obelisco Imposito Factus Medio In Pmo (IIII. 207)
modulus. Quieti Et Memoriae Petri Constantii F. Hippolythi N. Cucocchi . . Quo Auctore Et Magistro Sacri Ecclesiae Concentus In Mirabiles Modulos Excrevere (V. 152)
opus. Primum Eius (Barbieri) Nec Dum Artem Professi Opus Mirabile Vdo Illitum Parietis Pessa Deiecta In Aedes A Solo Restitutas . . Transferendum Curavit (V. 259)
* *sensus.* Formosa Et Sensu Mirabilis Et Super Annos Docta Decens Dulcis Grataque Blanditiis (I. 440)

MIRACVLVM. I. *Miracolo. Maraviglia.*
Cuius (Agapes) Effigies Haec Posita Est Vt Esset Ad Posteros Miraculi Eius Monimentum (IIII. 408. b)
Quorum (Bartolotii et Volpati) Iam Opera Regiis Impressa Chartis Vt Imagines Reddidere Miraculo Orbi Sunt (V. 203)
Magnis Vrbibus Aditis Miraculisque Orbis Lustratis (V. 234. e)

MIRANDVLA. AE. *Mirandola.*
Ipse (Iulius II.) Bononiam Belli Vrgendi Causa Reversus Mirandulam Ad Deditionem Impulit (IIII. 212)

MIRANDVS. A. VM. *Ammirando. Maraviglioso.*
Insignibus Vetustatis Reliquiis Et Mirandis Naturae Muneribus Inlatis (IIII. 260. e)
Vt Storem Augusti Moles Miranda Sepulcri
Caesareum Tibris Qua Nemus Adluerat . . (V. 299)

MIRANS. TIS. v. MIROR.
Vrbe Tota Mirante Votisque Prosequente (IIII. 310. e)

MIRATVS. A. VM. v. MIROR.
advenam. Memoriae Et Quieti Ios. Rogerii Boscovichii . . Quem . . Pleraque Europa Advenam Mirata Summo Doctorum Consensu Fama Maiorem Agnovit (V. 93)
constantiam. Oppidani Finitimique . . Fortis Animi Constantiam In Ipsa Senectute Mirati (IIII. 366)
curam. Curam Tuendae Prolis Miratus Leges In Exemplum Constitutas Dixit (V. 195)
prudentiam, eloquium. Auctori Studiorum Optimorum Multi Quem Saepe Audivere Senes Prudentiam Eloquium Mirati (IIII. 316. b)
vim ingenii, et artem. Hospes Quae Spectas Circum Vim Ingenii Miratus Atque Artem Antonius Canova Fecit Plastes Idem Et Sculptor Aetatis Suae Praestantissimus (V. 234)

MIRE. *Mirabilmente. Maravigliosamente.*
Per Eos Dies Numerus Christianorum Stephani Industria Mire Auctus (IIII. 130)
Sodales Mire Amavit Suos (IIII. 101)
Perpetuum . . In Egenos Liberalitatem Cum Rei Familiaris Cura Mira Coniunxit (V. 170)

MIRIFICE. *Mirabilmente. Maravigliosamente.*
Bibliotheca Ibidem Mirifice Aucta (IIII. 208)

MIRIFICVS. A. VM. *Mirabile. Maraviglioso.*
Omnes Axiache Certatim Fausta Precamur
Vrbes Iuvit Enim Ceu Deus Eximiis
Omnes Verum Aevus Prae Cunctis Struxit Aquarum
Cui Ductus Secto Mirificos Lapide (II. 204)

MIROR. ARIS. *Ammirare. Maravigliarsi.*
Nec Mirere Armis Hospes Belloque Potentes
Et Fuerunt Et Sunt Nunc Quoque Romulidae (IIII. 340)
* *addocentem.* Heic Pacis Caelestis Auspex Exuvias Suas Reliquit Christophorus Franc. F. Chiodius . . Quem . . Indigenae Hospitesque Sancta Addocentem Mirati Sunt (IIII. 374)
animum, sollertiam, fidem. Quieti Et Memoriae Leopol-

di De Gregorio V. C. . . Cuius Animam Sollertiam Fidem Post Neapolim Hispania Mirata Est (V. 93)
eloquentiam, pietatem. Quieti Et Memoriae Ioan. Baptistae Carleschi . . Cuius Eloquentiam In Docendo Maximam Paremque In Exemplum Pietatem Mirata Patria Est (V. 115)
insignem doctrina, et eloquentia. Quieti Et Memoriae Ioan. Sifredi Maury . . Quem Doctrina Et Eloquentia Insignem Aequales Eius Mirati Sunt (V. 155)
magistrum. Memoriae Alexandri Barzae Ex Sodal. Somasc. . . Quem Patavini Iuvenum Conventus Per Annos Amplius XXXX. Omnia Iuris Egregium Magistrum Mirati Sunt (V. 141)
moderationem, splendorem. Quem . . In Privatis Rebus Moderationem Quem In Publicis Splendorem Mirabamur (III. 229)
munificentiam, humanitatem, benignitatem. Quum . . Eiusdem (Viri Principis Aloisii Braschii Onesti) . . Omnes Praesentis Munificentiam Humanitatem Benignitatem Summa Omnium Ordinum Laetitia Mirati Expertique Simus . . Placere Huic Ordini Vti . . (III. 288)
navum, et industrium. Monumentum Ioan. Augustini Aurel. F. Palazzi . . Quem . . Patria Reducem In Animorum Cultura Navum Industriumque Mirata Est (V. 116)
quaecumque opera. Piranesi Opus Sum Artifici Carum Prae Ceteris Quaecumque In Aventino Aut Vnquam Alibi Miraris (III. 109)
recte facta. Sacro Cineri Et Memoriae Suavissimae Franc. Iosephi Com. F. Barberae . . Cuius Recte Facta Gaudens Posteritas Miratura Est (III. 379)
sectatorem. Cineribus Et Memoriae Franci Boccadiferri V. C. . . Quem . . Patria Maiorum Eius Fortissimorum Emmanuelis Et Bernardini Com. Sectatorem Mirata Est (V. 95)
talem. Qualis In Aerata Vim Spirat In Imagine Talem Mirata Est Quondam Graecia Clitomachum (III. 227)
* *esse.* Ille Ego Sum Nulli Nugarum Laude Secundus Quem Non Miraris Sed Puto Lector Amas (II. 233)
et expertor. s. s. *munificentiam, humanitatem, benignitatem.*
* *esse.* Quare Non Est Mirandum . . Hoc In Illum (Alexandrum Albanum Card.) Animo Civitatem Fuisse Vt . . (III. 230)
parcere. Tantum Parve Virum Tegit Insula Parce Sed Hospes
Mirari Vatis Parce Dolere Vicem (III. 216)
MIRVM. I. *Maraviglia.*
Mirum Hoc Videri Hospes Sed Debet Nemini (V. 298)
. . . . Nec Mirum Bellipotentes
Et Fuerunt Et Sunt Nunc Etiam Aeacidae (III. 231)
. . . . Nec Mirum Doricus Hus Vir
Ingenio Est Vitae Non Timet At Patriae (III. 206)
MIRVS. A. VM. *Mirabile. Maraviglioso.*
amor. Antiquam Simplicitatem Sequutus Quam Innocentia Et Mirus Erga Genetricem Dei Amor Ornabat (V. 180)
auns. Signis Basibusque Areae Quinualis Miro Auso A Fronte Reflexis (V. 129)
caritas. Mira Erga Liberos Caritate Enituit (III. 382)
constantia. Gravi Morbo Laborantem Mira Patientiae Constantia Caelo Dignum Effecit (III. 389)
diligentia. Heic Improviso Interitu Extinctus Est Barptolemaeus Ioan. F. Zenettus At Non Imparatus Quem Praeclarae Virtutes Ornabant . . Mira Faciebat Erga Liberos Diligentia (III. 374)
educatrix, et custos. Dilectae Prolis Mira Educatrix Et Custos (III. 385)
fecunditas. Mirae Fecunditatis Mater (III. 387)
festivitas. Poeta Carissimo Mirae Festivitatis (V. 297)
humanitas. Quieti Et Memoriae Camilli Pastori . . Quem Mira Humanitate Et Insigni Facundia Exornatum Pietatis Studium Egenorum Cura Religio Munifica Illustrarunt (V. 156)
laetitia. Acerbum Afflictae Domus Maerorem Mira Laetitia Adsperait (III. 388)
liberalitas. Sacro Cineri Et Piae Memoriae Francisci Caerpani Presbyteri . . Cuius Mira Liberalitate Aperta Puellis Celsianis Domus (III. 371)
modus. Familiae Suae Redditus Fratrum Filios Mirum In Modum Excoluit (III. 376)
opus. Vti Silvestris Caput In Rupe Ad Tifata Lapidescens Nactus Donum Libens Amico Dedi Mirum Naturae Opus Et Vetustatis (III. 259)
pietas. Heic In Pace ☧ Condita Est Francisca Petri Rossini Filia . . Quam Et Pietas Mira Mitissimumq. Ingenium Ornabant (III. 386)
prudentia. Vrceanos . . Vniversos Per Annos XIIII. Mira Prudentia Rexit Nulla Invidia Nullo Fastu (III. 380)
puer. Cernae Theocritum Qui Vicit Olympia Luctae Solertia Vere Mirus In Arte Puer (III. 226)
religio, et pietas. Hanc Modo . . Ornabant . . Religio In Primis Et Pietas Mira (III. 382)
species. Domus . . De . . Pulcro Sacri Peristylio Mirae Iterans Species Grata Vice Exhilarat Dominum Hospites Tenet (V. 238)
studium. Quum . . Idem (V. C. Aloisius Cagnola) . . Operis Perficiundi Expeditam Rationem Diagrammate Proposito Demonstrarit Quae Miro Populi Studio Probata Sit Placere Vt . . (V. 258)
vis poetica. Heic In Pace ☧ Compositus Est . . Henricus Borallius . . Quem Eloquentia Et Scriptis Clarum Mira Vis Poetica Doctissimis Latinorum Poetarum Aequarit (III. 365)
